

VI.

De vocabulis graecis, maxime paronymis,

in —  $\iota\tau\eta\varsigma$

locus alter, qui est

de significationibus.

Scripsit

Dr. F. A. Brandstaeter.

Vetus illud: „*Habent sua fata libelli*“, tantum abest ut nos improbemus, ut adjiciendum credamus: etiam singulas linguarum voces atque enunciationes, imo formas et terminaciones sua habere fata propriasque vicissitudines. Quin persuasum habemus, cuiusvis linguae historiam non prius posse satis percipi et ad ideae illius Platonicae fastigium, ut ita dicam, adduci, quam omnium linguae elementorum historiam aliquatenus perspectam habeamus et intellectam. Quodsi quis subridens nimis magna nos loqui putaverit, quem secundum illustrissimum illum medicae artis magistrum *ars quidem longa sit, vita autem brevis*, ei nos fortiter opponimus clarissimi grammatici ejusdemque praeeceptoris carissimi Lobeckii vocem, quam aliquando in solemnibus Academiae Albertinae trisecularibus quum aliis tum nobis mirifice probavit, dicens: *Artem esse longam, vitam vero aeternam!* vitam enim dicebat generis humani, vitam scientiae humanae. Et nos quidem, nunc ad Gymnasii nostri eadem illa solemnia celebranda pro viribus symbolam allaturi, quae non plane indigna videatur hoc eruditissimorum virorum coetu et concentu, primum et scimus et praefamur, hocce opusculum a proposito nostro multis stadiis recedere, quippe qui tum oculorum aliaque corporis valetudine pressi, tum temporis officiorumque angustiis nimis circumventi fuerimus. Tamen quodammodo nos operae pretium facturos speramus, si terminationem graecam — $\iota\tau\eta\varsigma$  (et — $\iota\tau\varsigma$ ), de qua nuper egimus<sup>1)</sup>, secundis curis tractemus, et quum in tali disquisitione duo potissimum loci sint, alter de origine ac forma, de significatione atque usu alter, nunc in significationes varias vocabulorum hujus generis inquiramus. Habet profectio etiam haec terminatio suam historiam,

1) Prior dissertatio: De paronymis graecis in — $\iota\tau\eta\varsigma$  (Progr. Gymn. Gedanens. 1852) totum numerum, quoad fieri potuit, ita recenset: §. 1—11 paron. a subst. primae declin. in — $\dot{\eta}$ , — $\dot{\iota}$ , — $\dot{\eta}$ , — $\dot{\iota}$ , — $\dot{\alpha}$ , — $\dot{\iota}\dot{\alpha}$ , — $\dot{\eta}\dot{\varsigma}$  et — $\dot{\alpha}\dot{\varsigma}$ ; §. 12—23 a subst. secundae in — $\dot{\alpha}\dot{\varsigma}$ , — $\dot{\iota}\dot{\nu}$ , — $\dot{\iota}\dot{\sigma}$ , — $\dot{\iota}\dot{\nu}$ , — $\dot{\alpha}\dot{\nu}$ , — $\dot{\iota}\dot{\sigma}$ , — $\dot{\iota}\dot{\nu}\dot{\sigma}$ , — $\dot{\iota}\dot{\nu}\dot{\sigma}$ , — $\dot{\iota}\dot{\nu}\dot{\sigma}\dot{\nu}$ ; §. 24—26 ab adjективis variis accentus in — $\dot{\alpha}\dot{\varsigma}$ ; §. 27—46 a subst. tertiae decl., scil. a radice integra, in — $\dot{\alpha}\dot{\varsigma}$ , — $\dot{\alpha}\dot{\varsigma}$  Gen. — $\dot{\alpha}\dot{\varsigma}\dot{\sigma}$ , — $\dot{\mu}\dot{\alpha}$ , — $\dot{\iota}$ , — $\dot{\nu}$ , — $\dot{\iota}\dot{\varsigma}$ , — $\dot{\iota}\dot{\iota}\dot{\varsigma}$ , — $\dot{\xi}$  et — $\dot{\psi}$ , — $\dot{\alpha}\dot{\varsigma}$ , — $\dot{\eta}\dot{\varsigma}$ , — $\dot{\eta}\dot{\nu}$ , — $\dot{\alpha}\dot{\nu}$  Gen. — $\dot{\alpha}\dot{\nu}\dot{\sigma}$ , — $\dot{\alpha}\dot{\nu}\dot{\sigma}$  Gen. — $\dot{\alpha}\dot{\nu}\dot{\sigma}\dot{\varsigma}$ , — $\dot{\alpha}\dot{\nu}\dot{\sigma}\dot{\nu}$ . Sequuntur capita: De derivatis in — $\iota\tau\eta\varsigma$  suppressis vel supponendis §. 47; De verbalibus — $\dot{\alpha}\dot{\nu}\dot{\sigma}\dot{\varsigma}$ , — $\dot{\alpha}\dot{\nu}\dot{\sigma}$  Gen. — $\dot{\alpha}\dot{\nu}\dot{\sigma}$ , — $\dot{\alpha}\dot{\nu}\dot{\sigma}$ . De nominibus virorum et de quibusdam singularibus §. 53—54; De nominibus barbaris in — $\iota\tau\eta\varsigma$  §. 55—58; §. 48—52; De nominibus virorum et de quibusdam singularibus §. 53—54; De nominibus barbaris in — $\iota\tau\eta\varsigma$  §. 55—58; §. 48—52; De nominibus virorum et de quibusdam singularibus §. 53—54; De nominibus barbaris in — $\iota\tau\eta\varsigma$  §. 55—58; Terminatio — $\iota\tau\eta\varsigma$  praecedente vocali §. 59—67; De compositis in — $\iota\tau\eta\varsigma$  §. 68—70; De terminantibus in — $\pi\omega\lambda\iota\tau\eta\varsigma$  varie distinguendis §. 71—76; Quaedam mirabilia in formandis etc., §. 77; Terminaciones similes, quibuscum t. — $\iota\tau\eta\varsigma$  commutatur §. 78—96.

Quod opusculum quia omnibus exemplis bibliopolae tunc traditis dividit cognovi, facere non potui, quin nonnulla ex illo hoc transferrem, et hoc praefari volo, ne quis temere me eandem cramben recoxisse opinetur.

quam utinam perspicue ac sufficienter exponere aliquando mihi contingat! Nunc *voluisse juvet* et communicato consilio meo periculum facere ejus exsequendi. Qui vero historiam hujus terminationis omnibus numeris absolutam et perfectam voluerit conscribere, is monebit: a tenui illam primordio et raro usu partim substantivo partim adjectivo progressam, habere primo sensum confirmativum, praecipue poëtis quibusdam usitatum, deinde localem, maxime in gentiliis, quorum ingens est numerus; porro eam significare aliquoties originem; sensim eam coepisse apud prosarios scriptores indicare utilitatem ad aliquid, et rursus rem substantia vel materia quadam aut totam aut certe aliqua ex parte conjectam, ut panum et vinorum genera plurima. Docebit porro, apud technicos, maxime historiae naturalis et artis medicae peritos, eam terminationem propriam esse multis herbarum, lapidum et gemmarum nominibus, plerumque a coloris, structurae, odoris vel saporis similitudine impositis; interdum eam accipere significationem faciendi, atque etiam ejusmodi pauca non paronyma, sed verba appare. Nec praeteribit, a similitudine externa nasci quodammodo significationem similitudinis internae, opinionum dico de rebus divinis vel publicis, ita ut jam sub imperatoribus Romanis inter sectas Christianorum ac deinceps media aetate inter monachorum ordines haud exiguis ejus derivationis usus et abusus fuerit. Ostendet denique, praeter multa singularia attentione digna in formatione nominum propriorum et appellativorum, praesertim vero compositorum, recentioribus et his nostris temporibus, quippe quae et scientiam naturae et mala humana magnopere auxerunt, ad denominandas et res naturales et morbos, praecipue inflammations, mirum in modum increbuisse eum abusum, maxime in nominibus mineralium flingendis. Non negliget praeterea mutationem atque etiam diversitates significationis, quas nonnullae ejusmodi voces, e. gr. plantarum et lapidum nomina, per temporum ordinem subierint. Quae omnia qui bene profligaverit, me judice perfecerit rem ut difficilem atque arduam, ita utilem atque adeo necessariam ad grammaticae et linguae graecae historiam illustrandam. Nos quidem satis habebimus, si tam ampli aedificii fundamenta aliquatenus non sine consilio et industria jecisse eruditissimo cuique videbimus.

### I. Significatio confirmativa.

§. I. Negari primum nequit, terminationem —*ῖτης* et —*ῖτις* nonnumquam videri **paragogen tantum sensu proprio carentem**, ita ut derivatum et radix idem significant. Apud Appian. Civil. IV, 106 legimus: *Γάγγας ποταμὸς ὃν καὶ Γαγγίτην τινὲς καλοῦσιν*; inde fit adj. *Γαγγητικός* (etiam minus recte *Γαγγητικός*, lat. *Gangeticus*); praeterea *Γαγγίτης* et —*ῖτις* significat adjective: qui ex Gange vel ad Gangen est. *κολλυρίτης ἄρως* apud LXX., ex falsa analogia orta vox, idem est quod *κολλύρα* vel *κόλλιξ* apud Hippocratem et Aristophanem (cf. Schleusn.). *βάσανος* lapis Lydius etiam dicitur *βασανίτης* ad similitudinem multorum lapidum; pro *μάργαρίτης* habemus etiam simplicia *μάργαρος*, —*ρον*, —*ρίς*. Lapis *ἀλάβαστρος* (et —*στος*) est etiam *ἀλαβαστρίτης* (et —*στίτης*) apud Plin., Dioscor. Mat. med. V, 152 (>: ὁ *ἀλαβαστρίτης καλούμενος ὄνυξ*), Galen. ed. Lips. tom. XII p. 204 (ubi ejus usus docetur);<sup>2)</sup> *σεληνίτης* et —*νῆτης* etiam *ἀφροσέληνος* dicitur. *γῆ φελλίτης* etiam *φελλίς* est, *χρυσίτης* etiam *χρυσίς*; item Diosc. III, 111 dicit: *φυλλίτης, οἱ δὲ φυλλίς*, et IV, 150: *σησαμίτης, οἱ δὲ σησαμίς*; idem IV, 108 de fumaria: *καπνὸς, οἱ δὲ καπνίτης*.<sup>2a)</sup> *Ἄκριτας* nihil aliud est nisi *ἄκρα*, *ἀφρίτης* piscis spumarius (Veneri sacer, qui etiam praeterea *ἀφρόνη*, *ἀφρίνη* audiebat) vocatur etiam *ἀφρός* (Athen. VI, 284). *ἡρυγγίτης* idem est quod *ἥρυγγος* et *ἥρυγγιον*, ap. Plutarch.; *βούνης καὶ βονήτης* sec. Etym. M. ή γῆ εἰρηται παρὰ τοὺς βούνους i. e. γεωλέσφορς. *βωνίτης* ap. Callimachum (s. l. c.) eodem teste *σημαίνει τὸν βωνύδον*, (*βούτην*). *δέσμιτης* idem est quod *δέσμινα* polypus narium; *ἀνδρονίτης* et *γυναικονίτης*, rarius —*νίτης*, plane

2) Etiam Blanchardus in Lex. med. idem esse dicit, scil. speciem marmoris seu potius gypsei lapidis. Allii alabastriten dicunt duriores, quam cultro secari non possit. Kühn. ad lex. Bl. I p. 56: „Alabastritem eundem esse cum onychie (Plinius XXXVI, 12) aliqui perperam contendebant.“ Hesych. *ἀλαβαστός*.

2a) *λυχνίτης* autem et *λυχνίς* temere confunduntur. Cf. Schweigh. ad Athen. V, 205.

conveniunt cum ἀνδρῶν et γυναικῶν; δμωίτης est δμώις, vox apud Cretenses usurpata sec. Steph. s. v. Χίος. κεραμίτης vel potius κεραμῖτις, quod legitur ap. Plut. et Hippocratem, secundum Pollucem idem est quod κεραμίς (cf. Tim. lex. 49); γεωγίτης invenitur pro γεωγός (Proleg. Stas. ap. Walz. VII, 45, fortasse nomen proprium Γεωγίτης); γύμνητες sive γυμνῆται etiam dicuntur γυμνῖται, ἀρχιμανδρος apud seriores plerumque producitur in ἀρχιμανδρίτης,<sup>3)</sup> δοκίτης idem est quod δοκός, docis ap. Apulejum, etiam δοξίας (Schaef. Schol. Par. Apollon. Rh. II, 1088); uvae passae non solum sunt ὄμφακες, sed etiam ἀσταγίδες ὄμφακίτιδες ap. Diosc. eupor. II, 49. Hic etiam habet κηπίς ὄμφακίνη ib. et 61, sive ὄμφακῖτις, galla omphacitis (quae dicebatur optima, solida, parva), diversa ab ὄμφακίς, quam Paull. Aegin. III p. 97 explicat: τὸ κοῖλον, ἐξ οὐ ἐπέισυνεν ἡ τῆς δρυὸς βάλανος, cupulam glandis quernea. Φρικωνὶς Κίμη etiam Φρικωνῖτης dicitur ap. Strab.; ἄμωμον (cum λιβανωτὸν conjunctum ap. Hesych.) explicant quodvis aroma purum, non vitiatum, secundum originationem; Diosc. I c. 81 rursus dicit ἀμωμίτην τὸν λιβανωτὸν πρωτεύοντα. μαρμαρίτης sec. suppl. Etym. Gud. (Sturz. p. XXXIII) est μαρμαρυγή ἐκ τοῦ δέιθρου, propter fulgoris similitudinem. Ita etiam σύντεχνος et συντεχνῖτης haud ita multum differunt, nisi quod hoc paulo magis monet, et hominem et ejus socium, utrumque esse τεχνίτην. Nautae navis publicae Atheniensis, quae nominabatur πάραλος, tum πάραλοι dicebantur, tum παραλῖται. (Sigan. rep. Ath. IV, 5. Phot. 282 sq. Harpoer. s. v. Pollux VIII, 116. Hesych. s. v. Bückh. Oec. Ath. I p. 258). Praesertim in gentiliis videmus similem paragogen: Ἀρχαδίτης ap. seriores pro Ἀρχάς, Τεανίτης ap. Polyb. pro Τεανδς, quod ex Latino sermone suscepit Steph., Ἐρυθρίτης in Cyrenaica, ap. Synes. (differt ab Ἐρυθραῖς inter Ioniae urbes), Γαβίτης pro Γάβιος ap. Dionys. Hal., Γραικίτης pro Γραικός, Ἀσκλίτης pro Ἀσκλος, Αὔσονίτης pro Αὔσων, Χαονίτης pro Χάων et Ιανίτης pro Ιαννίος, haec ap. Lycophr., et similia, quae collegimus in priore diss. §. 79. Λραγμίτης pro Λράγμιος Steph. dicit ἄμεινον; ita etiam habet Ἀσφαλιτης λιμηνη, etc.

§. 2. Quum aliae linguae tum graeca haud ita certis finibus disjungit *adjectiva a substantivis*.<sup>4)</sup> Itaque non raro voces in —ίτης et —ίτις idem significant *cum terminationibus usitatis*, primum cum —ός: γυμνίτης, κοινίτης Eustath., πνυγίτης δῆμος ap. Comicum (quod alludit ad πνυγὸν δ. et simul ad πνύζα sive πόκρα locum concionis, Equit. 42), λευκίτης et —ίτις, λεπτίτης κριθή ap. Geopon. δραγνίτης ab δραγανδς per syncopen derivatum est ap. Leon. Tar. IX, 4;<sup>5)</sup> ψαφαρίτης idem est quod —ρός. Ad *adjectiva barytona* —'ος proxime accedunt nonnulla composita, ut: διπνοίτης, ἐνορμίτης, συζυγίτης, praeterea μεσίτης, γῆ μεσίτις; etiam plura ad terminationem —'ιος: ἐπιβωμίτης, ἐπιθαλαμίτης, ἐπικληρίτης,

<sup>3)</sup> Ut Ἰταλός et Σικελός in Ἰταλιώτης et Σικελιώτης (Etym. Gud.), ἔχης in ἔχετης, i. e. ἔχων, ὁ πλοίος (Etym. M.), ἐπίβολος in ἐπηβολέτης et ἐπατηβολέτης (jam apud Hom., cuius generis compluria habet Etym. Gud.), γόνης in γονήτης, χειρης in χερνήτης (Aesch. Prom. 893; χειρῆτης γονή jam ap. Hom. Il. XII, 433, adj. χερνητικός), λιπερονής in λιπερνήτης, ὁ λιπόμενος ἔρνεων (sec. Etym. M., alliter sec. Etym. Gud.); ἀλθαῖτης δῆτα τις (sec. Etym. M., scil. ἀλθαῖα), μωλύτης pro μωλυς (Timo. Phl. sill. ap. Diog. L. VII, 170; cf. Jac. Anthol. Pal. 704), πρεσβύτης pro πρεσβεῖς compluribus casibus. De similibus cf. Lobeck. prol. pathol. p. 369. 373.

<sup>4)</sup> E. gr. ἀνὴρ νεανίας Hom. Od. X, 278. XIV, 524; item παῖς νενήνης Herod. VII, 99. πηγὴ παρθίνος Aesch. Prom. 612. τριμήνης παρθίνοι Arist. Eq. 1302, ubi vid. Valck. Hippol. 1005. Wern. Tryphiod. p. 326. Schaef. Schol. Par. Ap. Rhod. IV, 269. θεός πατριώτης Bacchus dicitur a Plutareho, atque etiam ἥπποι πατριώται. Notissima sunt exempla ἀνὴρ Πέρσης, γονή Αάκανα etc. Ita etiam usurpatur πνευματίας pro —ίτις, ποιητής pro —ίτης, σκιαροφύιας pro —ραγής, συνδεσμώτης pro —μος, συνεννέτης pro —νος, et πογωνίας ἀστροῦ nihil aliud est nisi stella, quae etiam πόγων nominatur. Ad nostram disquisitionem maxime facit ἀνθρωπος ὁδίτης, quod jam ap. Hom. legimus.

<sup>5)</sup> ὁργνίς, quae quasi media vox videri possit inter illas, signif. vestem lugubrem; ὁργανιστής (quod mirum) apud Soph. Aj. 522 est tutor orborum, ὁ τοῖς ὁργανοῖς τρέψων sec. schol., quamvis verbum ὁργανίσω ap. Pind. et alios significet: orbum reddere, orbare.

ἐπιτηνίτης, παραιγιαλίτης, παραξονίτης, παρωκεανίτης, παραχελώτης, παρηονίτης γλῆνις Anthol., παρεσχαρίτης Eustath., ἀμαδοβιτής, ἀκρολοφίτης al.; simplicia: ἀκτίτης (= παράκτιος), βυθίτης et —ῖτης, ζεφυρίτης, λειμωνίτης, νηίτης, πελαγίτης, σκοτίτης, τυμβίτης (= ἐπιτύμβιος). Ad terminationem —αῖτος accedunt: χρηνίτης δρόσος, χρουνίτης, πωγωνίτης (= —ιστος), φαχίτης; tum περαιτής sensu magis substantivo,<sup>5a)</sup> quorum simile est ἀγελήτης pro —λαῖτος. Porro ad —εῖτος: κυκνίτης βοὰ, χαρωνίτης, et similia Νεμειήτης, βορεήτης pertinens ad masc. βόρειος<sup>6)</sup>; κνανίτης consonat cum κνάνεος, μαρμαρίτης et πορφυρίτης cum —ρεος. Pro terminatione —ικός in usu sunt καβειρίτης, ληναῖτης, νομαδίτης, παλαιστρίτης, ποιμνίτης (κύνων, ὑμέναιος), σκηνίτης (et σκηνήτης), σφαιρίτης, φρυγανίτης; — pro —ινος: πρασίτης, πνογίτης, ψαμμίτης; — pro —ύς fem. εῖται: τραχωνίτης; — pro —ώδης: πλακίτης et —ῖτης. Porro χαμίτης idem est quod χαμηλός, et πολῖται θεοὶ sunt πολιοῦχοι.

§. 3. Interdum tamen aliqua vis confirmativa (ἐνέργεια paene dixerim Aristotelica) perspicua est in derivatis per term. —ίτης. Ita μακαρίτης ap. Aesch. Pers. 632 et Tim., μακαρῖτης ψυχὴ ap. Aristoph. (et ampliore forma τριμακαρίτης) dicitur de mortuis, maxime de nuper defunctis, cf. Bentl. Phalar. p. 9. Theocr. II, 70; creberrime haec vox obvia est ap. scriptores Christianos, cf. Ruhnk. Tim. p. 59. Αἰτωλίτης non tantum Aetolus est, sed etiam Aetolorum parti vehementer adhaerens, nisi forte rectius Αἰτωλιστής verbale legendum est ap. Steph. ἔρημίτης (una cum ψευδερημίτης) non solum est ἔρημος, sed magis conditionem hominis solitarii, quam sibi elegit, exprimit; idem erit dicendum de αὐτὸς, ipse vel solus, et αὐτίτης ap. Aristoph. Etiam ἔρματίτης ap. Lycophr. 618 non tantum ἔρμα est, sed clarius significat lapidem grandem, quo utuntur pro sabura. πεζίτης magis substantive usurpatur quam πεζός, ad analogiam aliarum vocum ὀπλίτης etc.; κρατερίτης est λίθος κρατερὸς, (praedurae naturae, Plin. XXXVII, 154); ἔπαλξιτης (λίθος) non tantum ἔπαλξις in universum est, sed lapidem signif. ad propugnaculi altitudinem tutandam positum. μεσίτης est sec. Etym. Gud. ὁ μεταξὺ δύο ὀν, καὶ σημαίνει τὸν μεσάζοντα. κεφαλίτης signif. lapidem, qui quasi caput aedificii est,<sup>7)</sup> ἔνορμίτης est homo portum feliciter tenens, ἔνορμος res semper in portu obvia; σμυρίτης est lapis, σμύροις tantum res; aeque differunt σμῆκτης et σμηκτίτης<sup>8)</sup>; μαργίτης est certus homo stupidae mentis, imo nomen proprium, μαργὸς tantum appellativum; similiter se habet ἴδριτης, νευρίτης (nervosus), λαρυγγίτης (gulosus); ἀκρολοφίτης est incola ἀκρολοφίας, quum ἀκρόλοφοι (πέτραι s. πρῶνες) terrae potius qualitatem indicent. ἔξιτης (Cous in talorum jactu) senarium numerum proprie significat in uno tali latere conspicuum.<sup>9)</sup> Neque ὀξαινίτης vel —νῖτης plane congruit cum ὀξαινα, sed tantum cum una ejus significatione. Etiam δαῖταις ap. Eretian. (nisi forte rectius legitur δέταις) majorem taedam significat quam δαῖς, δάῖς.

§. 4. In universum igitur contendimus, terminationem —ίτης vocabulo principali adjicere aliquam confirmationem, vel certe ejus sensum ratione magis absoluta et perfecta exprimere. Unde fit, ut ea **multas compositions** cum praepositionibus vel radicibus nominalibus, quibus sensus vocis accuratius modificari possit, **omnino non permittat**. Ita *nulla* est, quae incipiat per καλλι—, καλο—, κακο—, λσο—,

<sup>5a)</sup> Schol. Arist. Av. 823, μεγαλευπόρος, mercator advena. Temere Casaub. ad Athen. VI, 238 corrigebat περιεληπτής.

<sup>6)</sup> Βορεῶτις autem subst. significat filiam Boreae, = Βορεας. — ὄνταιτης non idem est quod ὄντεος vel ὄντινος, (quod signif. vitreus, Lob. Phryn. 309), sed potius: ad vitrum faciendum aptus, cf. §. 20.

<sup>7)</sup> Lexica habent κεφαλίτης, Hesych. — λήτης, v. Lob. Phryn. 700. Hemst. Plut. p. 392. κεφαλιώτης contra est dux, Gallice *le chef*. — Etiam ἔνορμήτης scribitur minus recte.

<sup>8)</sup> Steatites, cimolia, marga fullonum saponacex. Pollux VII, 40. X, 135.

<sup>9)</sup> Male Passovius olim explicabat: ein Würfel mit der Zahl Sechs; rectius: der Wurf Sechs.

*μεγαλο-*,<sup>9)</sup> *μικρο-*, *νεο-*, *δρυθο-*, *παν-*, *παντο-*, *πικρο-*, *πρωτο-*, *φιλο-*, cum *εν-* tantum *ενδόσιτης* (pro *ενδόσος*, *ενδόσης*, v. infra §. 24), cum *ήμι-* tantum *ήμιλοχίτης* et *ήμιοντης*, quae non syntheta sunt, sed parasyntheta; *nulla* praeterea per *κατα-*, *προ-*, *ὑπερ-*, *ὑπο-*, per *περι-* nulla nisi: *περικάτιαι*, quae est aliter cusa (§. 24). — Notandum videtur etiam, interdum voces per *—ίης* terminantes adjective tantum usurpari, ut *σηκίης*, dorice *σακίτας* ap. Theocr. pro delicatus, scil. in stabulo nutritus; *σπηλαῖτης* in caverna habitans<sup>10)</sup>. Rursus quaedam derivata in *—ίης* nusquam obvia tamen a se formant adjective: *γανλιτικός* (etiam *γανλικός*), *καταδρυτικός* (et *—ρούτικός*), quibus accenseri possint multa Africanarum et Hispanicarum gentium nomina in *—itanus*, *—itania* etc. terminantia. Taliū adjectivorum numerus in universum praeter gentilitia haud ita magnus est, ut *πολιτικός* et comp., *χωριτικός*, *δημοτικός*, *φαλαγγιτικός*, *θρανιτικός*, *τραπεζιτικός*, *σωριτικός*, *Αρειοπαγιτικός*, *Αβδηριτικός* (*—κὸν* signif. *ineptias*, Cic. ad Att. VII, 7), *Συβαριτικός luxuriosus*<sup>11)</sup>; praeterea nonnulla, quae homines morbis correptos dicunt, ut *ἀρθριτικός*, *φρενιτικός*, *πλευριτικός*, *περιπλευριτικός*, *νεφριτικός*, quae apud medicos leguntur (cf. §. 9). Adverbia ejus originis praeter *πολιτικῶς* et *χωριτικῶς* (Xen. Cyr. IV, 5, 54) vix invenias.<sup>12)</sup>

## II. Significatio localis.

§. 5. Personam vel rem inesse rei, saepe terminatione *—ίης* exprimitur, ita tamen ut *consuetudo* simul indicetur: *Πὰν βουνίτης* Anthol. (collum amans), *τριοδίτης* (vagabundus), *φυλακίτης* (captivus), *χόρκη ἀμαθῆτις*<sup>12a)</sup>, *ψαμμὸς βυθῖτις*<sup>13)</sup>, *έστια δωματῖτης* Aesch., *τύμφη δενδρῖτης*, *κρασπεδῖτης* (ultimus), *κυψελῖτης* *ζύπος* (sec. Etym. M. ὁ ἐν τῷ ὀπίῳ φυόμενος), *λιβανῖτης κέδρος*<sup>13a)</sup>, *λειμωνῖτης*, *λιμενῖτης* *φυκὶς*, similiter *λιμνήτης* (paluster), *πυκνῖτης δῆμος*, (ὁ ἐν τῇ πυκῇ, v. supra), *ἅσκιτης* et *ψοίτης* μυελὸς, *στεγίτης* (domesticus), *στηλίτης* (in columna stans, et saepius: debtor aerarii publici)<sup>14)</sup>, *τρωγλίτης* (hirundo maritima, in saxorum foraminibus habitans), *τυμβίτης λάας* Leonid., etiam *τυμβῖτης* ap. Lexic., *μνλίτης λῆος*, *νηίτης στρατὸς* Thuc., *χαλινίτης*, *τεμενίτης*, (etiam Apoll. cogn.), *πελαγίτης*, *νησίτης*<sup>15)</sup>, *ἀσίτης* Soph. fr.<sup>16)</sup>, *γηίτης* et *γήτης*, (Soph., Hesych., etiam nomen pr. *Γείτας*, *Διογείτας*), et ap. Etym. M. *γαῖται*, *οἱ γεωγοὶ*, ἀπὸ τῆς γαῖας; *έδριτης* explicatur verna, = *οἰκέτης*, (ut et ἀγλίτης vox obsoleta in Etym. M.), tamen idem gramm. addit: *έδριται* (sic) *οἱ οἰκέται*, ἀπὸ τοῦ *καταφεύγειν* εἰς τὴν *έστιαν*. *έρκιται* sunt servi in agris degentes, fortasse in arctiore custodia habiti, (Athen. VI, 267). *καλαμίτης* est rana viridis,

<sup>9)</sup> Excipio tantum *μεγαλοπολίτης* et nonnulla alia ejusdem originis, de quibus v. infra §. 29.

<sup>10)</sup> Similiter *ἀντριάδες νέμφαι*. <sup>11)</sup> e. gr. *Συβαριτικὴ τράπεζα*, Athen. I c. 46.

<sup>12)</sup> Fortasse non absonum est commemorare et comparare illa pseudo-patronymica in *—ίδης*, quae et ipsa simplicium vocum vim augmentia maxime apud comicos leguntur, ut *κοιραίδης* (Soph.), *εὐμενίδης*, *εὐμενίδης*, *δραπετίδης*, *ἔρμοκοπίδης*, *ἡμερίδης*, *κλεπτίδης*, *κραυγασίδης*, *μαθαρχίδης*, *οὐρανίδης*, *ὑεδομαλίδης*, *σπουδαρχίδης*, *φειδοχομίδης*, *χρεωκοπίδης*, et quae Athen. IV, 162 habet. Similiter Jasius ap. Callim. hymn. Art. 216 dicitur *Ἀρκεσίδης*, non *Ἀρκάς* (cf. Apollod. III, 9, 2); Steph. illud dicit ab hoc formatum pro *Ἀρκαδίδης* διὰ τὸ *κακόρων*; at eandem cacophoniam habemus in *Μεγαμιδίδης*, Hymn. Hom. Merc. 100. cf. Steinke de patronym. gr., progr. Elbing. 1850.

<sup>12a)</sup> Athen. III, 85. Non ab *Ἀμαθόδης*, foret enim analogiae contrarium. v. Schweiß.

<sup>13)</sup> In Etym. M. falso derivatur a radice inusitata *βυθίς*, rectius a *βύθός* = *βάθος*. Toup. opusc. I p. 152.

<sup>13a)</sup> Apollin. ps. 91 v. 23. Cf. Lob. Phryn. 188.

<sup>14)</sup> cf. Böckh. Oec. Ath. I p. 418, ubi illud nomen desideratur. Praeterea Etym. Gud. derivat *στηλίτης* (unde *στηλίτεων*, τὸ *θριαμβέων*? ) a *στηλῇ*, ὁ *σημαῖνει τὸν λίθον τὸν ἐν τῷ κεφαλῇ κείμενον* (?) τοῦ *τεθνεώτος*.

<sup>15)</sup> Steph. *νησίτης* derivat a *νῆσος*, contra *νησιώτης* a *νῆσον*, cui significatio obstat; illud enim magis adjective dicitur de eo, qui (vel quod) est in insula, hoc substantivē de ejus incola.

<sup>16)</sup> *ἀστίτης* et *ἀστικός* dicitur pro *ἀστύτης*, *ἀστυκός*, quod sono alludens ad voces obscenas ferri non poterat; neque opus est cum Steph. recurrere ad *ἀστός*. Cf. Bremi ad Lys. π. δημ. ἀδικ.

in calamo degens (Plin. XXXII, 24), etiam *καλαμαῖος* dictus<sup>17</sup>); *καλαμῖτης* rursus (et *καλαμαῖα*) est insectum, scil. mantis religiosa s. oratoria; *καλνθίτης* est incola tugurii, Strab., et similia sunt *σκηνίτης*, *σπηλαῖτης*, *ωκεανίτης* alia, quae et ipsa adjectivo sensu usurpantur.

§. 6. Praecipue habitatorem loci significat haec terminatio: *ἀγρίνιος* rusticus, *agricola*<sup>18</sup>), *χωρίνιος* eodem sensu, Aesch., Soph., *πολίτης* cum sexcentis parasynthetis, quae hic enumerare longum est; (etiam concivis, Herod. I, 120. Athen. IV, 184. 231. Galen. XI, 193 etc.); *σεληνίτης*<sup>18a</sup>), *ἀκτίνης*, *αἰγιαλίτης*, Anthol., *πυργίτης στροφονθός*<sup>18b</sup>), *στηλίτης*, *στυλίτης*, *δενδρίτης*<sup>18c</sup>) et alia. His similia sunt: *αὐλείτης* et *αὐλήτης* villicus (αὐλητής tibicen), *δρείτης* et *δρειώτης*, *παρωρείτης*, *κωμήτης* et quae sec. Grammaticos idem valent, *οἰάτης*, (ion. *οἴήτης*), et *ἀγνήτης* (Etym. M.); tum *βουνίτης*, *σκοτιήτης* (propius accedens ad sensum faciendi), *λοιπήτης* de Pane, (ut *πολιήτης* ap. Hom. et Herod.), *ἡπειρώτης*, *Πηλώτης* et multa pridem proposita. Aliter se habet *περικύλιτης*, quod Etym. M. explicat ὁ κτίστης<sup>19</sup>). — [Gentilitia denuo hic recensere supersedemus, ut quae ordine derivationis disposita prior dissertatio exhibeat.]

§. 7. Inde fit, ut nonnumquam haec terminatio *officium quoddam* sive *negotium quotidianum* in certo loco exprimat: *τριηρίτης* et —*ρείτης* nauta longae navis, (Herod. V, 85), *σκαφίτης* remex et gubernator, *θρανίτης*, *ζυγίτης*, *θαλαμίτης* (remex supremi, medi, infimi ordinis)<sup>20</sup>), *παραλίτης* nauta navis parali, *θυωρίτης* argentarius, *Ἄρεοπαριτης*<sup>21</sup>), *οδίτης* Hom., Soph. al.<sup>22</sup>), *κιηνίτης* opilio<sup>23</sup>), *πυλαῖτης* janitor, unde *Πυλαῖταις Αθήνη*, *σκηνίτης* (et —*νήτης*) histrio, *κοιτωνίτης* Galeni aetate cubicularius, *γηροκομίτης* ap. Tzetz. chil.<sup>24</sup>), *τραπεζίτης* (etiam ap. Plin. trapezita) argentarius ad mensam sedens, et similia: *πνοίτης* τὴν τέχνην Lucian., *πνοσίτης* calefactor et minister telegraphiae per ignes exercendae, imo *λαειρίτης* sacerdos Proserpinæ Daïrae, deinde *κασωρῖτης* et *στεγῖτης* meretrix in lupanari quaestum faciens, *λεσχηγίτης* paulo liberius dictum (v. §. 24), et *ξλαῖτης*, quod inferiore aetate cum *ξλαιστής* confusum videtur<sup>25</sup>). A *τραπεζίτης* distinguendus est *τραπεζίτης κύων*, derivatus ab altera illius forma *τραπεζεύς*<sup>26</sup>). Acciri huc etiam possunt *ἱερείτης* et *βαλανείτης*<sup>27</sup>), quae a loco derivata negotium significant in eo loco faciendum; imo fortasse etiam *ἄλείτης*, erro, ab *ἄλεα*, *ἄλη* derivandum, (§. 24).

17) Etiam heros Atticus, ap. Demosth. XVIII, 129. XIX, 249.

18) Apud Steph. al., aeolice *ἀγροίτης*; praeterea etiam invenitur forma *ἀγρότης* ap. Hom., Anthol., Etym. M., νέματη *ἀγρότις* ap. Apoll. Rh., *ἀγρίτας* ap. Aesch. (ita pro *ἀγρέας* legendum esse in Pers. 936 nobis persuadet Well.), *ἀγριώτης* ap. Sapph. (similia habet prior nostra dissert. §. 92), *ἀγρούτης* ap. Hom., Sophr. (Athen. III, 86. VII, 288. 309), Etym. M. 18a) *αἱ σεληνίτιδες γυναικεῖς*. Athen. I p. 58. 18b) Galen. VI, 435.

18c) monachus, Eustath. opusc. 189. 191.

19) *περικύτιτα σημ. τοὺς κτίστας.* ίλλειψις οὲν τὸν σ. ἡ δὲ χρῆσις παρ' Ἀπολλωνίῳ. Imo ap. Hom. Od. XI, 288, brevi iota, singulari carens. Praeterea *περικύτιοις* dicuntur ap. Hom. et Herod. VII, 148, vulgo *περικύτοις*.

20) Dicitur et *τριηρίτης*, et per contentionem *θαλάμαξ*. *θρανίτης* etiam usu adj. conjungitur cum *σκαλμός*. Etym. M. affert: *θρανήτιδες*, κῶπαι *θρανεντῶν* (falso *θρηνεντῶν*), rectius sine dubio *θρανετῶν*.

21) Etiam titulus dramatis Demetrii Comici, Athen. IX, 405.

22) Ap. Hom. etiam adjectivo *ἀνθρωπος ὄδητης*.

23) ὁ ἐπὶ τοὺς κτήνεις, ἐπικτήνιος, ut explicant Grammatici.

24) Vox *γηροκόρμιον* raro est usurpata, saepius —*μεῖον*. cf. Lob. Phryn. 695.

25) Jac. Anthol. VIII, 182.

26) De confusione terminationum —*ιτης* et —*ειτης* v. priorem dissip. nostram §. 61 sq., Lob. prol. pathol. p. 375, et veterum Grammaticorum-praecepta interdum sane confusa, ut Etym. Gud. s. v. *Ἀταρείτης*, *ἰτειχθην*, *τραπεζίτης*.

27) His simile est *οἰκέτης* (pro *οἰκίτης*, quod nusquam reperitur), incola domi, praesertim servus verna, ap. Herod., Plat., Xenoph.; apud Comicos etiam *οἰκιτεύς*.

§. 8. Non solum in loco, sed etiam apud vel circa locum versari aliquem aut aliquid, terminatione —της exprimitur: Huc pertinent praeter nonnulla exempla, quae ex priore paragrapho, si libeat, depromere possimus: ἀκτίης λιθος in Soph. fr., αλγιαλίτις χηλή, et αλγ. ἄμμος ap. Dioscor. V, 106, tum ορηνίτης et πιδασίτης (hoc sine masc., ut videtur) ad fontem natus, χαμάτης et χαμάτης humilis, χαμίτης ἄμπελος, χολπίτης<sup>28)</sup> et nonnulla ejus parasyntheta, ζεφυρίτης occidentalis, ap. Callim., Κερκινίτης parva insula prope majorem Κέρκινναν, et praeterea parasyntheta quaedam, ut παρηνότης, παραιγιαλίτης (etiam piscis nomen, Steph.), παραχελωπίτης, (—της regio circa Ach.), παρωκεανίτης, περικαλαμίτης<sup>29)</sup>, ἀναδενδρίτης οἶνος<sup>30)</sup>, et magis proprie δενδρίτης et ἀναδενδρίτης ἄμπελος, vitis arbustiva, qualis Capuae inveniebatur<sup>30a)</sup>. Huc accedunt medicorum aliquot termini, ut μῆς σιαγονίτης, χροταρίτης, πλευρίτης, δαχιτης<sup>30b)</sup> etc., φλὲψ σφαγίτης<sup>30c)</sup>, ὠλενίτης, ἡπατίτης, σπληνίτης<sup>31)</sup> etc.; prima vertebra lumbaris est apud eos ὁ νεφρίτης<sup>32)</sup>.

§. 9. Morborum nomina in —της nostra aetate audiuntur plurima, sed eorum perpaucia tantum antiqua sunt. Duos habemus in —της: τυμπανίτης ὑδρωψ sive ὑδρεος<sup>33)</sup>, a ventre instar tympani tento, et ἀσκίτης, ασκίτης ap. Coel.<sup>34)</sup>, qui utramque hydropis formam, siccum et aquosum, exhibent. In —της terminantia morborum nomina si quaerimus, apud Galenum et alios nulla invenitur tracheitidis, nulla bronchitis, encephalitis, laryngitis, gastritis etc., quae ab editoribus tum versioni tum indici obtrusae sunt.<sup>35)</sup> Sane apud medicos hic illic invenitur ἀρθρίτης, φρενίτης, νεφρίτης, πλευρίτης; plerumque tamen circumscriptione utuntur.<sup>36)</sup>

<sup>28)</sup> Sine dubio ita scribendum apud Philostr. pro χολπίστης vel χολπιστής. Paulo facilius tolerari potest φιλοδιπνιστής juxta φιλοδιπνίτης, quem amantissimus quisque conviviorum quoddammodo etiam convivarum amans esse soleat. Cf. prioris nostrae diss. §. 85.

<sup>29)</sup> Galen. XII, 424 (ed. Kühn.): ἐπειδὴ περίκειται τῷ καλάμῳ ὁ φλοίς, περικαλαμίτης (sic) αὐτὸν εἰρηθεῖται... . . . . οὗτος εἰρηθεῖται διὰ τὸ περιφέτερον τοῖς καλάμοις. Parum perspicua explicatio! videtur autem intelligi spuma salium vel calx muriatica calamis palustribus agglutinata. Fortasse latet in hoc vocabulo, ut in multis ejus generis, vox aliqua barbara.

<sup>30)</sup> Athen. I, 31.

<sup>30a)</sup> Plin. XVII, 11; ἀναδενδρός ap. Schol. Arist. Vesp. 325; vitis arbustiva ap. Colum. arb. IV, 1; δενδρ. ἄμπ. Strab. V, 231. Anth. Pal. IX, 665. Geop. IV, 1, 9. 14. V, 2, 18.

<sup>30b)</sup> Ex. gr. οἱ δαχίται ὄνομαζόμενοι μῆς. Galen. II, 451. XVIII, 1 p. 533. χροτ. VI, 261. XVIII, 429.

<sup>30c)</sup> Cels. IV, 1: venae grandes circa guttur, quae σφαγίτιδες vocantur.

<sup>31)</sup> Accentum ut alia interdum parum curant medici. Ita inveniri possunt μῆς χροταρίται, σιαγονίται, e. gr. in Kühniano Galeni lexico, quem apud ipsum scriptorem recte scribatur —ται, e. gr. VI, 261. XVIII, A, 429. Cf. prioris nostrae diss. §. 58.

<sup>32)</sup> Pollux II, 179: ὁ πρῶτος σφόδρικος ἐκάλετο νεφρίτης. Contra ultima, quae ἀσφαλτίας erat, falso a Castello ασφαλτίτης nominatur, quod vitium etiam in Nemichili Lex. transiit.

<sup>33)</sup> Eliam τυμπανίας dicitur, et ap. Veget. *tympanitis*. Apud Hippocr. in Coac. praei. tom. I p. 281 u. 310: ὑδρωπιάδης ξηρός. Falso in Lex. Kühn. derivatur a verbo τυμπανίω, „tympani instar sono“, quod eo sensu nusquam exstat; rectius a τύμπανον, quem venter tumidus similis flat tympano tenso.

<sup>34)</sup> De nomine ἀρθρίτης disputat Galen. XVII, B, 670. cf. XI, 348. Aret. p. 48 A. Boerh. Apud Hippocr. non legitur.

<sup>35)</sup> Tracheitis, laryngitis ex. gr. exprimitur per circumscriptiōnēm Galen. XIII initio.

<sup>36)</sup> Legitur ἀρθρίτης (Galen. XII, 342. XIII, 331, etc. Aret. XII, 2); φρενίτης (Hipp. aph. VII, 12 etc.; Cels. II, 1, 7. Aret. p. 73 sqq. Galen. XI, 16. XIV, 730 etc.); νεφρίτης (Hipp. aph. III, 31. VI, 11. Aret. p. 22. Galen. XI, 303. XII, 134, etc.); πλευρίτης (Hipp. de morb. I, 317. II, 149 etc. Aret. p. 8 sq. 19 etc. I c. 10. Galen. XI, 292. XIV, 734; etc.). — Alias Galen. dicit: τὰ ἀρθρίτικά πάθη, οἱ ἀρθρίτικοι etc. Diosc. eupor. I, 234 habet: ἀρθρίτιδας ὥστεται, sed alias ἀρθρων πόνοι (I, 3, etiam Hipp. aph. III, 31), ἢ ἀλγήματα (I, 61). Idem dicit I, 130: ἀλγητας κεφαλής, ὁρθαλμῶν, ὤτουν, οὖλων, δακτυλίου, μῆτρας, deinde 132: φλεγμοναι σπληνός, 77: πλευρᾶς πόνος. φρινίτης legitur ap. Diosc. III, 40, φρενίτιδες ap. eundem I, 134; φρενητικοὶ III, 80; πρὸς νεφρίτιδας I, 13. ἡπατίκοι apud eum commemorantur saepius, e. gr. I, 14. IV, 1; eupor. II, 58; φλατηρά δεσμοτερία Schol. Hipp. I, 130 (ap. Plaut. *morbis hepatarius*); νεφρίτιδες I, 14. IV, 1; eupor. II, 65. 107; τὰ νεφρίτικά (πάθη) I, 77; ἀρθρίτιδες I, 101. II, 53; eupor. I, 233. 235; πλευρίτιδες eupor. II, 35. At copiosius I, 21: τοῖς ἀλγοδοῖς πλευρᾶν καὶ ἡπατ.

[Recentior autem medicorum consuetudo voluit ac paene sanxit, ut omnes diversarum corporis partium, quotquot sunt, *inflammationes* nominibus in —itis donentur<sup>37)</sup>, non sine multa barbarie ex doctrinae affectatione orta. Ita primum minus temere in ejusmodi scriptis invenitur: *Adenitis* (infl. glandulae), *Architis* (abdominis), *Arteritis* (arteriarum), *Arthritis et Rheumarthritis* (morbus articularis circa complures artus suas exercens tragoedias), *Bronchitis* (infl. bronchiorum), *Carditis* (cordis), *Endocarditis*, (peric.), *Colitis* (membranae mucosae coli, falso *Colonitis*), *Cystitis* (vesicæ urinariae), *Enteritis* (intestinorum), *Epipliotis* (omenti), *Gastritis* (ventriculi), *Glossitis* (linguae), *Hepatitis* (hepatis vel arteriae hepaticae), *Hyperotitis* (velli palatini), *Hysteritis* s. *Metritis* (uteri, *Diosc. eupor.* II, 70: *γλεγμοναι της νοτικαις*), *Ileitis et Ileocolitis* (ilei), *Iritis* (irideae), *Mastitis* (mammae), *Meningitis* (meningum, impr. durae, *μηνιγγων γλεγμοναι* *Diosc. ib.* I, 164), *Nephritis* (renum), *Oesophagitis* (oesophagi), *Orchitis* (testiculi)<sup>38)</sup>, *Ostitis* (ossium)<sup>39)</sup>, *Parotitis* (parotidum), *Pericarditis* (pericardii), *Periostitis* (periosteum), *Phacitis* (lentis crystallinae), *Pharyngitis* (pharyngis), *Phlebitis* (venarum, impr. membranae earum internae), *Phrenitis* (cerebri), *Pleuritis* (museul. intercostalium), *Pneumonitis* (pulmonum), *Posthitis* (praeputii)<sup>40)</sup>, *Proctitis* (ani), *Psoltis* (musc. lumbalium), *Rhinitis* (nasi), *Stomatitis* (oris), *Ullitis* (gingivæ)<sup>41)</sup>, *Urethritis* (canalis urinarii)<sup>42)</sup>, etc. Sed praeterea multa nomina per compositionem facta minus placent, ut: *Adenopharyngitis* (infl. amygdalarum et pharyngis), *Blepharadenitis* (glandul. Meibomianarum), *Dacryadenitis* (gland. lacrymalium), *Dacryocystitis* (succi lacr.), *Dothienenteritis* (gland. Peyerianarum, quae in intestinis sunt)<sup>43)</sup>, *Genyantritis* (membr. mucosae antrum Highmori investientis)<sup>44)</sup>, *Orrhyménitis* (membr. serosæ)<sup>45)</sup>, *Paristhmitis* (angina tonsillaris, *παρισθιμονα γλεγμοναι* *Diosc. eupor.* I, 85), *Phacoiditis* (capsulae lentis crystall.)<sup>46)</sup>, *Prostatitis* (gland. prostates)<sup>47)</sup>, *Siagantritis* (membr. mucosae antri Highm. cavitatem investientis)<sup>48)</sup>, et alia. Etiam minus probari possint haec: *Aortitis* (arteriae magnæ infl.)<sup>49)</sup>, *Angiotitis* (vasorum, praec. sanguiferorum)<sup>50)</sup>, *Blepharitis* (palpebrarum)<sup>51)</sup>, *Cephalitis* (cerebri vel cerebelli)<sup>52)</sup>, *Chorotitis* (in tunica oculi

<sup>37)</sup> Kühnlii praeft. ad ed. Lexici Blancardi, p. IV: „Seculi mos jubere videtur, ut, quo quis acius eruditio speciem simulet, eo curiosius e graeca lingua repetita vocabula ad res notissimas designandas acquirat. Quam quidem doctrinae et cognitionis graeci sermonis simulationem quum et illi, qui hac cognitione prorsus carent, affectent, vocabula saepissime formata sunt, quae et Graeci sermonis analogiae adversantur, et quid vere significant, etiam eum, qui graece doctus est, dubium ancipitemque relinquant.“ Multos ejusmodi formas rejiciendas Kühnius tum in octo prolusionibus inde ab a. 1824, tum in sua Lex. Blancard. editione denotandas suscepit.

<sup>38)</sup> Perperam Krausius contendit *Orchiditidem* esse dicendum, genitivus enim est ὄρχεως, ion. ὄρχιος, non ὄρχιδος (*Diosc. eupor.* I, 141: *διδύμων γλεγμοναι*). Rectius illud monendum erat de vocabulo *Parotitis*, pro hoc enim formari debebat *Parotiditis*, quod sane auribus vix tolerandum possit abbreviari. Ita certe apud veteres ab antro Boeotiae, quod *Σφραγίδιον* appellabatur, nymphæ *Σφραγίδες* (pro *Σφραγίδιοις*) denominatae sunt, — quamquam apud Stephanum invenio: *της Ασφραγίδης λίμνη*.

<sup>39)</sup> Ostitis pro Osteitis eodem modo ferri possit, quo apud Galenum X, 449 *στάγη* dicitur pro *οστείη*.

<sup>40)</sup> πόσθη sane sec. Polluc. II, 171 est τὸ ἐπὶ βαλάνῳ δέρμα.

<sup>41)</sup> οὐλα sec. Ruf. Ephes. de part. p. 49 sunt τὰ περὶ τοὺς ὁδόντας περιέποντα σαρξια.

<sup>42)</sup> Ap. Swediaur. nosol. meth. syst. II p. 424; idem curiosissimus talium faber multa prorsus temere eudit.

<sup>43)</sup> Secundum Landinium; paulo rectius sec. Kühnlii: *Enterodothienitis*.

<sup>44)</sup> Paulo melius erat *Genyoantritis*, vel ut supra *Dacryoadenitis*.

<sup>45)</sup> Ita Naumann (Handb. der med. Klin. I); factum est ex ὀρέω serum, et ϕρον̄ membrana.

<sup>46)</sup> Sec. Beerium; vox tum a sono, tum a sensu minus perspicuo-minime laudanda; sed quod nonnulli voluerunt: *capsitis*, aequo absurdum est.

<sup>47)</sup> προστάτης nusquam apud antiquitatis scriptores eo sensu occurrit.

<sup>48)</sup> „Denominatio plures ob causas damnanda.“ Kühn.

<sup>49)</sup> ἀοραι ap. Hippocr. certe aliud significat, nempe bronchiorum extrema; temere igitur illud nomen usurpaverunt. Portalis (cours d'nat. méd. III p. 127), Voigtel (Handb. d. pathol. Anat. I p. 427 f.).

<sup>50)</sup> sec. Locatellum, in diss., Patav. 1824. Etiam *Angioleucitis*.

<sup>51)</sup> sec. Plouquet. delin. system. nosol. I p. 217. Nystenus, ut a superciliis (*βλεφαρίδος*) passione distingueretur, malebat *Blepharottis* (?), alli rursus, ut Marchius et Aquilinus, *Blepharophlogosis*. Cf. Kühn. cens. lex. med. III p. 4 sq.

<sup>52)</sup> Nimirum pro *Encephalitis*.

chorioide)<sup>53</sup>, Colpitis (vaginae uterinae)<sup>54</sup>, Diaphragmitis (septi transversi)<sup>55</sup>, Diphtheritis (membranarum mucosarum oris, faueum et viarum aërearum)<sup>56</sup>, Elytritis (vaginae)<sup>57</sup>, Hyalitis (membranae oculi hyaloidis)<sup>58</sup>, Isthmitis (membr. muc. faucium vel veli palatini ejusque arcuum)<sup>59</sup>, Laryngitis (laryngis)<sup>60</sup>, Myelitis (medullae spinalis)<sup>61</sup>, Myonitis et Myositis (musculorum)<sup>62</sup>, Oaritis (ovarii)<sup>63</sup>, Pancreatitis (pancrealis)<sup>64</sup>, Peritonitis (peritonaei)<sup>65</sup>, Sarcitis (carnosae alicujus partis)<sup>66</sup>, Sclerotitis (tunicae oculi scleroticae)<sup>67</sup>, Splenitis (lienis)<sup>68</sup>, Syringitis Eustachiana (membr. tubam Eustach. investientis)<sup>69</sup>, Thyreolitis (corporis thyroïdis vel cellulae annexae)<sup>70</sup>, Tracheitis (tracheae)<sup>71</sup>, et insuper multa cum Epi— et Peri— composita. — Huc accedunt aliquot voces hybridae mirabil modo fictae: Mediastinitis (pleurae singularis)<sup>72</sup>, Meninginitis (in conjunctione utriusque tunicae cerebri)<sup>73</sup>, Spinitis (spinae)<sup>74</sup>, Ovaritis (ovarii)<sup>75</sup>, Omentitis<sup>76</sup>, Uvulitis (uvulae)<sup>77</sup>, etc. Non minus false facta sunt: Ophthalmochrolites (pigmentum oculi)<sup>78</sup>, Polychroites (materia extractiva colorans)<sup>79</sup>.

### III. Significatio originis.

§. 9. Interdum haec terminatio indicat, ubi aliquid factum sit, eoque sensu maxime de panum et placentarum generibus dicitur: *ταγηνίτης* et *τηγανίτης*<sup>70</sup>), *χυτότης*, *δοσιρακίτης*<sup>70a</sup>), *έσχαροτης*<sup>80</sup>), *λιπίτης* et *ζαυνίτης*<sup>81</sup>), *κοιτανίτης* s. *χλιβανίτης*<sup>82</sup>); adscribo etiam *ταβυνίτης*<sup>83</sup>). De voce *όβελίτης* ἄροις ambigitur,

53) Sec. Fabinum; debebat certe *Chorioitis* appellari, quod sane sonum minus acceptum habet. — 54) Sec. Wilhelmiūm (Clin. Chir. I, 11), Krausium (etym. griech. Wörterb. p. 231). Certe ap. Galen. IV p. 150 ed. Lips. ζόλπος aliter accipitur, et vagina ap. antiquos proprio vocabulo medico caruit. Oribas. anat. p. 126. Cf. *Elytritis*. — 55) Sec. Joh. Frank. prax. med. praec. II, vol. 2, sect. 2 p. 2: Perperam Kühnius eos dicit in errore versari, qui rectius dicere velint *Diaphragmatitis*. — 56) Sec. Bretonneau, qui Polluce (IV, 138 et 140) niti videtur. — 57) Έτερος nequam eam partem significat, sed tantum in universum involucrum, σχέπασμα καὶ προειδημα, Galen. ad Hipp. de artic., XVIII, 1 p. 530. Föes oec. Hipp. p. 201. — 58) Cf. supra *Chorioitis*, not. 53. — 59) Denominatio minime perspicua ideoque inutilis, ap. maximum talium artificem Swediaur. nosol. meth. syst. tom. I p. 125. — 60) Ib. p. 128. Propria quam par est accedit ad λαρυγγίνης νοσθετορ. — 61) Post J. P. Frankii orationem (de vertebrarum columnal. in morbis dignit. 1791) Rud. Leonhardi egit de *myelitide* Lips. 1830. Vocatur etiam rhachialgia, ubi symptomatum ratio habetur. Ceterum *Rhachialgitis* (quod Brera habet, Cenni patol. clin. sulla rhachialgitide, in Act. Acad. Patav. I), absurde factum est, significaret enim: inflammationem doloris spinae dorsalis. Sed vix melius Kühnius: „Si terminatio — itis, qua inflammationem indicare solent recentiores pathologi, jungi debet parti inflammatae, rhachitis formandum est“! Imo Rhachitis, quod nomen sane aequo ac res antiquis plane ignotum erat. Hunc morbum hodie apud infantes et pueros minime rarum, circa medium saeculi XVII in Anglia primum oriundum (the rickets), Glissonius demum haud incongrue appellavit *Rachitidem*. — 62) Ap. Swed. I p. 149; recte Krausius: *Myritis*. — 63) Ap. Krausius immerito οὐάριον (ovulum) significare dicitur ovarium. Melius οὐογῆτις. Canstatt. clin. med. IV, 963. — 64) Audacius factum ab Swed. I p. 101. — 65) Rectius *Peritonacitis*; Swed. II p. 88. Kühnius alteram formam αποτίναυος, alteram αποτίνων derivat, et addit: περιτονίτις (sic) contracte περιτονίτις! — 66) Minus distincte. Praeterea Krausius habet *Sarciten* masc. gen., adiposum et flatulentum, pro intumescencia carnis; sed utramque vocem eo sensu lingua Graeca non agnoscit. — 67) Sec. C. J. Beckium (Augenheilk. 97); rectius *Scleroticitis*. Quod Helling (Augenk. II p. 206) excogiativit: *Scleritis*, omnino ferri nequit. — 68) Audiamus veteres. His επλεύτης primum est vena lienis (Ruf. Ephes. p. 41) tum vena salvatella (Hippocr. de morb. tom. XXII, I p. 204, 206.) — Sane semel Hippocr. de sympt. differ. c. 5, tom. IX p. 74 dicit: ή ἡπατίτις καὶ οπλικής ταλαιπωρία νέος. — 69) Breviloquentia non toleranda, ap. Beckium (Krankh. d. Geh. Org. 1827 p. 140). — 70) Sec. Joh. Frank. prax. med. praec. II, 2, 1, 222; aliis: infl. cartilaginis scutiformis in larynge. — 71) Plerunque conjugitur et confunditur cum *Bronchitis*; plura de synonymis habet Swed. I p. 129. — 72) Swed. I p. 84. — 73) Hanc enim conjunctionem Chaussier, illius derivationis parens, latino nomine *Meningina* appellari vult. — Differt *Meningitis*, infl. meningum, imprimis durae; Diosc. eup. I, 164: μηνίγγων φλεγμονεῖ. — 74) Idem quod *Myelitis* (Kühn. opusc. II, 335); rectius *Rhachitis*. Cf. not. 61. — 75) Ita Swed. I p. 109, qui hoc appellat „nomen latum“. Quanta simplicitas! — 76) Rectius *Epiploitis*, v. supra. — 77) Angina uvularis, graece rectius *Kionitis* *Cionitis*, minus bene apud nonnulos *staphylitis* sive *corneitis*. — 78) Ap. Hunefeldium (Phys. Chem. II p. 45), qui et ipse in novis terminis excudendis nimium sibi placet. — 79) In croco detecta. Kühn. Lex. Blanc. II p. 1172. Nec magis placet Mannita pro fundamento sacchari et mannae; Kühn. ib. II, 909. — 80) Sartagine testost. Athen. XIV, 645 sq.; Galen. VI, 490 f.; dicebatur etiam ταγηνίας, ut Etym. Magn. et Etym. Gud. s. v. ταγηνίας πέμπαται τοῦ τῶν ἀπὸ τηγάνων ἐστιατοῦ υἱοῦν καὶ τροφὴν καὶ μέλιτος καὶ αστραγάδος. ταγηνίαν, τοῦτο τινῶν τινις ταγηνίαν λέγονται. Cf. Pollux X, 98. Moeris 362. Praeterea Jones dicebant ἀτταρίτης. ξωματηγανίτης (ap. Apicum fem. gen. zomoteganite) erat piscium placenta delicatior. — 81) Athen. XIV, 647. — 82) Athen. III, 100, 115: Panis suavissimus, imo opus dulciarium ap. Rhodios usitatissimum. Propter Accusativum λεγαρίτην (carnem assatam) apud LXX intpp. (Il. Reg. 6, 19) nonnulli nom. λεγαρίτη finixerunt, quod nullum est; referri debet ad λεγαρίτην, sed paulo allo sensu. — 83) Panis furnaceus, Athen. III, 109, 116; τῶν saepe confunditur cum κλιθαρός, ut ap. ipsum Hesych. s. v.; propriè ἄντρος esse caminum figulinum docet Hippocr. epid. IV p. 523: ἄντρος κεράμειος. Lucian. From. 2 conjungit γυρίας καὶ ἴντονοις καὶ πάντας ὅσι ηλιογογοι. Galen. VI, 489. — 84) Galen. I. c. Athen. III p. 109; κλιθαρίκιος sec. Latinos, ibid. 113 panis; in elibano, i. e. testa ferrea bene

utrum ab instrumento coctionis an a pretio nomen acceperit<sup>84</sup>); fortasse idem genus fuerit, quod etiam σποδίτης (et ἔγκρυψις) appellabatur; similis huic αὐτοπύριας s. ἀποπύριας, non autem αὐτοπύρίτης, de quo infra disputabitur. διπύριτης est panis bis coctus<sup>85a</sup>). — τευχῖτης appellabatur schoenus Arabicus, quem inde nomen accepisse existimabont, quod in vasis afferretur<sup>85b</sup>).

§. 10. Interdum locum indicat, unde aliquid ortum vel de promtum sit. Huc pertinent innumera Gentilitia, quae ejus notae sunt, haec a nominibus propriis formata: Ωκεανίτης et —νῖτης, lapis Τανφομενίτης, Παιανίτης, Γαραμανίτης, Νασαμωνίτης, Ἀλαβαστότης, Συνηνίτης, Μεμφίτης, Φαρανίτης, Χοασπίτης, Γαγγίτης<sup>86c</sup>), Καλανοῖτης λιθάργυρος, sal Caunites<sup>85</sup>), νάρδος Γαγγίτης, i. e. Ινδική<sup>86</sup>), Αργίτης ἄμπελος<sup>87</sup>), οίνος Σταθμίτης<sup>88</sup>), Τμωλίτης<sup>89</sup>), Φυγελίτης<sup>90</sup>), Κατακεκαμενίτης<sup>91</sup>), Σκυβελίτης<sup>92</sup>), Νασπερηνίτης<sup>93</sup>), Πετρίτης<sup>94</sup>), et similiter Μασσαλίτης etc.<sup>95</sup>), herba marmaritis, (aglaophotis)<sup>96</sup>), myrrha Auzaritis, Dianitis, Dusaritis<sup>97</sup>), fortasse etiam Λαρνίτης cassiae species apud mercatores Alexandrinos<sup>98</sup>), et certius Μοσυλίτης, quae et ipsa illius species est<sup>99</sup>). — Deinde ab appellativis: lapis χελωνίτης<sup>100</sup>), σανοίτης, δρακονίτης, συνοδονίτης<sup>101a</sup>), iuxta quosdam etiam σεληνίτης<sup>101b</sup>) et δεινίτης<sup>101c</sup>), tum σπογγίτης lapis in

coctus, ἄρτος καλὸς οὐτημένος, Galen. XII p. 294. cf. VI, 489. Dieuctes ap. Oribas. Coll. med. I c. 8 coctionem ἐπὶ τῷ ἵπιον tutiorem esse dicit, illa vero panem fieri molliorem et delicatiorem. Alcman eum appellat κριθανώτων. κλιθαρος erat σκεῦος αὐθεροῦ, Imm. Moschopul. π. σχιδ. p. 13. Ceterum κριθαρος est Atticum, κλιθαρος dicitur σκουρός, latine cibanus; cf. Lob. Phryn. 179. Pollux VI, 33. 72. Comicus etiam in Acharn. 85 per locum dicit: φῶς κριθανίτης, ad significandam felicem omnium rerum abundantiam. — Etym. Mag. et Gud. οἱ Αρωτῖς κλιθ. λέγονται. Cf. etiam Wetsten. ad Matth. VI, 30. — <sup>83</sup>) ap. Athen. III, 109, ubi v. interpr. Alii MSS. habent Ταβαρίτης, ex aliis Meinecke et Dind. Αταβαρίτης. — <sup>84c</sup>) Certe Alexandriae ὄβελις s. ὄβελίτης ἄρτος obolo constabat (Pollux I, 248 et al. l.), nec non Athenis secundum Lex. Seguer. p. 111 ad Aristoph. Athen. III p. 111 (quem Eustath. ad II. v' p. 930, Od. a' p. 38 sq. exscrispsit) haec habet: Ο δὲ ὄβελίτης ἡ απίκληται ὅτι ὅτι ὁβολὸν πιπάσκεται, ὃς ἐν τῷ Ἀλεξανδρίᾳ, ὃ ὅτι ἐν ὄβελισκοις ὅπταται, ubi Aristophanem in Agricolis citat. Socrates quidam Bacchum γῆρας τὸν ὄφ. ἀ. εὐρεῖται ἐν ταῖς στρατιαις. Böckhius (Oec. civ. Athen. I p. 106) veri dissimile existimat, a pretio nomen illi pani esse inditum, quum praesertim inter delicatores recenseatur. Athen. XIV, 645. — <sup>84b</sup>) Φῶς oec. Hipp. p. 168 b. Galen. XIV, 537 purgatorium eum panem dicit; δίπνως est ap. Athen. III, 110. — <sup>84b</sup>) τὸ τεύχεσσιν. Ita Sprengel sentit, ad Diosc. I c. 16; sed sit fortasse vox Arabica. — <sup>84c</sup>) Taurom., Athen. V, p. 208. Paeanitidas (falsa lectione Paeanitas) in Macedonia inveniebant. Plin. XXXVII, 66. (180). Marbod. 502. Solin. IX, 24. Priscian. perieg. 439. Garamantis etiam sandaresus etc. dictus. Plin. ib. 28. (100). Nasam. ib. 64. Alab. nascitur in Alabastro Aegypti, ib. 54 (143); etiam sine littera r, ut Αλαβραστῖτης πίτα ap. Athen. V, 206. Memph. Diosc. I, 6. Plin. XXXVI, 7 (11). Isidor. XVI, 4. Pharan. Plin. XXXVII, 122. Choasp. ib. 56 (156). Gang. cf. not. 99. Plin. X, 4. — <sup>85</sup>) In medicina probatus. Plin. XXXI, 45. (99). — <sup>86</sup>) Diosc. I, 6: απὸ τοῦ ποταμοῦ παραδύσοντος τὸν ὄφον (leg. τὸ ὄφος) Γάγγον καλούμενον. — <sup>87</sup>) Argitis vitis ex Vergilio citatur ap. Plin. XIV, 35. — <sup>88</sup>) Ex loco Laconiae prope Pitane, cui nomen erat Σταθμά. Athen. I p. 31. Etiam Φαλερίτης apud eundem p. 32 est in quibusdam codicibus pro Φάλερος. Φωνικίτης non est ex Phoenice (δ ἀπὸ Φωνίκης ἥρας, ut Βέρλινος, Athen. I, 29), sed vinum palmeum. Ονογλίταν et Λενθιαδίτην habeant sibi interpr. Athen. I p. 31. — <sup>89</sup>) A Tmolos Asiae monte, Galen. XIII, 659. XIV, 20. Plin. XIV, 9 (74), qui etiam Mesotomitas habet V, 30 (111). Diosc. V, 10 addit: ὁ ἐκ τῆς Ασίας μεσωγίτης, εἰς τὸ Τμώλου. — <sup>90</sup>) ὁ κατὰ Εὔξεσον γεννώμενος, Diosc. V, 10; ibid. 11: Φυγ. ὁ ἐν Εὔξεσο. Plinii XIV, 9 (75) Ephesum eum nominat. — <sup>91</sup>) Ex locis usitis (Phlegraicis) Phrygiae, Lydiae, Mysiae. Plin. ib. — <sup>92</sup>) Ex Galatia, musto simillis. Plin. XIV, 11 (80). μελακός καὶ γλυκός Galen. XIII, 8. 11. 49. 55 sq. 283. XI, 649, etc. Aret. p. 110. 126. Diosc. eup. II, 37. Desideratur ap. Athen. I cap. 55 sq. — <sup>93</sup>) Ex Ponto. Plin. XIV, 9 (76). — <sup>94</sup>) Ex Arabia puto; ibid. — <sup>95</sup>) Athen. I, 27. — <sup>96</sup>) In marmoribus Aegypti nascens. Plin. XIV, 102 (160). — <sup>97</sup>) Ausraritis ab Αὔζαρα, i. e. Auzal, arab. pro hebr. Uzal, hodie Senaa; Dianitis (Plin. XII, 35 §. 69, ubi etiam Dusaritis additur) vix possit a Dianae nomine latino cum Bocharto (Phaleg et Can. p. 113) derivari, quamvis Ptolem. ibi in Sachalitarum littore nominet Ἀργιάδος μαστίξ. Fortasse sub hoc ipso Dianae nomine vox barbara latet, velut Ουαρίται illi sexcenties a variis scriptoribus (Strab., Plin., Arriano, Ptol., Marciano, Steph. B., Procop., Philostorgio etc.) in Sabaeorum ora nominati proprie fuerunt Homaritae (Auct. vet. ap. Baron. ad a. 522) vel Humaritae (Nubiens. geogr., v. Boch. p. 98); Αμαρίται fuerunt Jemanitae in regione Jeman, etc. — <sup>98</sup>) Sprengel. ad Diosc. I, 12 id mavult a portu sinus Arabici δεινούς derivare (Strab. XVI p. 418) quam a lauro, cum qua nihil vel parum similitudinis habere videatur. — <sup>99</sup>) Etiam Μόσυλον, Μοσυλίτης, Μονούλιτης. Diosc. I. c. Plin. VI, 29. Galen. de ther. ad Pis. p. 257. Eadem Sprengelio dicta videtur a promontorio et portu Mosyllico (hodie Cap Guardafui), per quem cinnamonum et cassia devehebatur. — <sup>100</sup>) Plin. XXXVII, 56 (155). — <sup>101a</sup>) σανοίτης in ventre viridis lacerti inventur sec. Plin. I. c. 67 (181); σινοδοντι. e cerebro pisillum, qui synodontes vocantur, ib.; δρακοντ. (etiam draconites) e cerebro draconum fit (id. 57). — <sup>101b</sup>) σελ. λ., ὃν τινες ἀργοσέληνον διειλέσσαν, διά τὸ σύρισκοθαν αὐτὸν νυκτὸς ἐν τῷ της σελήνης περιστάσει. (λευκός, διαυγής ib.) Diosc. V, 185, ex lect. Kühnii; aliter Salmas. et Gesnerus. Plin. XXXVII, 67. Solin. XXXVII, 21. Isid. XVI, 10. Augustin. de civ. dei XXI, 5. Priscian. perieg. 999. Marbod. 392. — <sup>101c</sup>) σελ. λ. ὃ ἐν τῷ κυνεισθαι ἥχον ἀποτελῶν, ὃς ἐπέροι ἐγκέμων λίθον ἐπάρχων, Diosc. V, 160. Nihil ibi de aquila, in cuius nido hunc lapidem reperiendi alli fabulabantur, ab aquila ad promovendum partum eo deportatum. Vocabatur etiam Gangites. Plin. XXXVI, 39. X, 3. Priscian. perieg. 985. Marbod. 369. Quatuor ejus

spongio repertus, concrementum scil. e calce, potissimum muriatica<sup>101d</sup>); etiam ἀργεῖτις quasi piscis ex maris spuma natus<sup>101e</sup>). Porro δενδρίτης<sup>101f</sup>, τοπίτης, θαυμίτης, τεμενίτης, σπηλαιίτης, κορητίτης<sup>101g</sup>, κυκνίτης βοὸς, in Soph. fragm., ἥλιτης λεπίς<sup>101h</sup>) squama ferri, etc.<sup>101i</sup>)

Huc accidunt permulta lapidum nomina a recentioribus facta, ad illorum locum nativum indicandum; velut ex Germania: Clausthalit, Thuringit, Tirolit, Passauit; ex Helvetia: Rhaetizit, Chamoisit; ex Italia: Antigorit, Ilvaït, Hyblaït; ex Hungaria: Nagyagit; ex Graecia: Acheloït; ex Russia: Sordawalit, Astracanit, Uralit; ex Suecia: Adelforsit, Fahlunit; ex Norwegia: Bamlit, Arendalit; ex Anglia: Anglesit, Epsomit, Cornwallit, Warwiclit; ex Scotia: Leadhillit, Caledonit; ex Hibernia: Erinit, Karwanit; ex Islandia: Baulit, Thulit; ex Gallia: Montmorillonit, Pyrenait, Hureaulit; ex Hispania: Aragonit, Andalusit, Iberit; ex Africa: Senarmontit; ex Asia: Baikalit, Altait, Indianit, Ceylanit; ex America: Huronit, Labradorit, Arcansit, — Chiviatit, Copiapit, etc. etc.

§. II. Etiam de hominum origine haec terminatio agit, ita ut interdum —ιτης et —ιδης, quae patronymicorum propria est, vix possint se Jungi.<sup>102)</sup> Transitum faciunt ex. gr. Ὁμενίδαι, qui sunt et Ormeni propago, et ex Ormenio Thessaliae oppido oriundi;<sup>103)</sup> deinde phylarum Atticarum nomina, quae patronymicorum formam prae se ferunt; deinde Ἀρχασίδης pro Ἀρχάς<sup>104)</sup>, et nonnulla virorum nomina, quae videntur tantum, non sunt patronymica<sup>105)</sup>; deinde similiter ἀλιάδαι nautae, ap. Soph.,<sup>106)</sup> Marmaridae, populus ad Syrtim majorem habitans<sup>106a)</sup>, et similia. Rursus Ὑπεράντης et —νῖτης usurpantur pro patronymicis, Κοδρίτης σημαίνει τὸν τοῦ Κόδρου<sup>107)</sup>, Κυνίτης τὸν τοῦ Κίνου<sup>108)</sup>, Καρωνίτης τὸν τοῦ Καρώνου<sup>109)</sup>, et simili aberratione Icariotis est Icari filia<sup>110)</sup>, Oceanitides sunt Oceani proles. Itaque Ὑλιάδαι βασιλῆς de Dioscuris dictum si ferri non possit, Ἀμυκλαῖδαι sint (aut Ἀμυκλαῖται), non vero Ἀμυκλαῖται<sup>111)</sup> contra metrum. Νηρίτης ap. Aelianum Nerei filius putandus videtur.<sup>112)</sup> Apud Stephanum commemoratur etiam forma Κερζοπίτης et —πίτης (sic) pro Atheniensi, et eodem sensu Μοψοπίτης a prisci regis nomine, quod prima positione numquam dictum invenitur.<sup>113)</sup> Λευδοῖται sunt homines ex arboribus natii.<sup>113a)</sup> Breviter tantum hic mentio facienda videtur gentium et familiarum Arabicarum, quarum nomina tum in —idae, tum in —itae ab auctoribus derivantur, ut: Wechabitae, Ismaélitae, Abbaditae (in Hispania), etc.; cf. §. 12.

§. 12. Observanda est hoc loco consuetudo paullatim introducta nomina biblica per terminationem —*ινης* scribendi. Apud LXX. intertextis<sup>111</sup>) non pauca nomina hebraica invenimus illa terminatione in Graecum sermonem translata. Primum gentilitia

species recenset Kühnus in Lex. Blanc. p. 46. Sprengel ad Diosc. locum haec: Est vulgaris notitiae lapis, minera ferri argillaceo-silicea, fusco aut lurido colore, cortice a nucleo soluto, unde agitatus sonum reddit. — 101<sup>a</sup>) Plin. XXXVI, 35. Celerius cf. Nota 326 a. — 101<sup>b</sup>) Ideo Veneri Ἀρροδίτη sacer, quae eadem origine orta diceretur; etiam ἀρένη, ἀρέων, ἀρρός. — 101<sup>c</sup>) δύρδα, χαρός, Theophr. fr. de vent. 13. — 101<sup>d</sup>) Apud Hippocr.; caret masculino. Cf. Abresch. lect. Arist. 10. — 101<sup>e</sup>) Diosc. V, 89. Galen. XII, 223: ἐνομιζοντες δὲ τίνες και ἡλεῖν λεπίδα . . ι μιν οὐν ἡλεῖται . . (omisso subst.) λεπίς σιδήρου saepius legitur, ut Diosc. eup. I p. 212. — 101<sup>f</sup>) Venti ab origine nuncupati praeserunt terminacionem —ιας, quae in universum cum vituperio quadam vel horrore conjuncta, ventorum propria est: ἀλαρχίας, φοινίκιας, θρασίας, οὔρφιας (non uno sensu), et apud Comicum comice συρχωρίτις, Equ. 437. — 102<sup>a</sup>) Ita Iones μαργαρίδης dicebant pro μαργαρίτης, e. g. Praxagoras, ap. Schol. Phot. Cf. locutiones comicas, in Nota 12 collatas, et Not. 106 a. — 103<sup>a</sup>) Hymn. Hom. Cerer. 76. — 104<sup>a</sup>) Callim. hymn. Artem. 216; cf. Apollod. III, 9, 2. — 105<sup>a</sup>) Ἀρμονίδης II, V, 60; ibi Schol. Ven.: ὀνοματικὸς ὁ ποιητής, οἰκεῖος γάρ τέχνος τῷ ἀρμόνειν. Et Eustath. 54: λέξις ναυπηγικὴ τῷ ἀρμόνειν, (e. gr. in Odys. V, 247). Ναυπολίδης est inter Phaeacas, Od. VIII, 116. Porro Φιλοζενίδης Callim. epigr. 59, 4; Αστρακίδης ib. 23, 1; etc. (Cf. Steinke diss. de patronym. Gr. I p. 13, progr. gymn. Elbing. 1846). Addi possunt Οὐρανίδης Coelites, Coelicolae, nam semel tantum, ut Eustathius recte observavit (Il. V, 898), vere Urani filii, i. e. Titanes, hoc nomine appellantur; plerumque illo abutuntur poëtae, quorum locos recenset Steinke p. 20. — 106<sup>a</sup>) Soph. Aj. 879; v. Lob. — 106<sup>b</sup>) Strab. XVII, 699. Plin. III, 5. Ita legendum esse contendit (post Marcellum) Sprengel. ad Diosc. IV c. 7 et 170. — 107<sup>a</sup>) Ita legendum in Etym. M. s. v. Addit: οὐστεροὶ παρὰ τῷ Κρόνῳ Κρονίης, quod nusquam legitur; idem error inventur in Κομψίδης, Εὐτύχιης ap. Etym. Gud. s. v. Αἴροιδης, ut appareat illius Grammatici aetate utramque terminacionem plus semel confluxisse. — 108<sup>a</sup>) Etym. Gud. s. v. — 109<sup>a</sup>) Aristoph. Vesp. 1505, fortasse alludit ad sinum Carciniten. — 110<sup>a</sup>) Propert. III, 13, 10. Lob. proleg. pathol. p. 400. — 111<sup>a</sup>) Ita Jacobs. ad Anthol. XIII, 18 perperam scribit. Ceterum Lob. ibid. p. 397 monet leniorem esse medicinam, si —ίδα scribamus. — 112<sup>a</sup>) Aelian. hist. an. XIV, 28. — 113<sup>a</sup>) Nomen Ερμοκλείτης (Keil. anal. p. 120) in Anthol. non ferendum videtur, sed scribendum Ερμοκλείδης, et Συβούρα, qui est apud Photium demos Atticae, recte scribitur Συβούρα, (cf. Inscr. 281), ut Βερείδαι, Ερεσίδαι, et cetera, enumerata in priore nostra diss. §. 86. — 113<sup>b</sup>) Sec. Veram hist. Luciani I, 22. — 114<sup>a</sup>) Praesto est ed. Lutetiae Parisiorum, 2 vol. fol. absoluta.

nisi aut per —*αῖος* flunt<sup>115</sup>), aut circumseribuntur<sup>116</sup>), hic illuc terminationem —*ιτης* habent, ut *Βαθσαμναιτης*, *Αμανιτης*, *Μεδιανιτης*, *Μωαβιτης*, *Ασαλωνιτης*, *Ακκαρωνιτης*<sup>117</sup>, *Γαρανιτης*, etc., ita tamen, ut haud raro simplex nomen hebraicum sine ullo positionis signo pro genitivo ponatur. Ita apud LXX. *Αμαλήχ* semper collective dicitur, *νυμ quam oī Αμαλήτας*<sup>118</sup>), quod Steph. Byz. habet. *Αμμάν* (Ammon) fil. Lot, semel dicitur pater *Αμμανιτῶν*<sup>119</sup>), saepius autem hi audiunt *νιοὶ Αμμών*<sup>120</sup>). *Μαδιανιτης* semel numero singulari occurrit<sup>121</sup>), semel plurali<sup>122</sup>), saepius collective dicitur *Μαδιάν* vel *Μαδιάμ*, ut *οἱ βασιλεῖς Μαδιάν*<sup>123</sup>), *ἡ γερουσία Μαδιάν*<sup>124</sup>), *χειρ Μαδιάν* (vires Midianitarum)<sup>125</sup>), et praeterea etiam *Μαδιγναῖοι*<sup>126</sup>). *Μωαβιτης* sing. semel legitur<sup>127</sup>), item fem. gen.<sup>128</sup>), bis plur.<sup>129</sup>), multo saepius est simplex<sup>130</sup>). *Έδώμ* (Esau)<sup>131</sup>) non vere facit eam paragogen, sed invenitur *βασιλεὺς Έδώμ*<sup>132</sup>), et praeterea *Ίδονυαῖοι*<sup>133</sup>). Ita Gileaditis graece dicitur *Γαλααδῖτις* uno loco<sup>134</sup>), compluribus *ἡ (γῆ) Γαλαάδ*<sup>135</sup>). *Βασανῖτης*<sup>136</sup>) saepius nominatur simpliciter *ἡ Βασάν*<sup>137</sup>). *Γαρανίτης* bis memorantur<sup>138</sup>), alias urbis tantum nomen<sup>139</sup>). *Σαδωνῖται*, *Ιεροσολυμῖται* et similia nusquam leguntur, sed a senioribus tantum facta haec nomina sunt; *Σαμαρεῖται* tantum in Novo Test. apud Lucam occurunt<sup>140</sup>). Et quod ad patronymica attinet, Indices quidem habent: Gadditas, Gersonitas, Danitas, Benjamitas, Meraritas etc., textus versionis graecae non habet.<sup>141</sup>) Notandi sunt Levitae, qui sane et ipsi haud raro dicuntur *νιοὶ Λεύτη*<sup>142</sup>), tamen saepissime, quasi ad augendum nominis honorem propter sacra eorum ministeria (§. 2), appellantur *Λεύται*.<sup>143</sup>) — Et quum de rebus sacris mentio injecta sit, possumus hic enumerare, (velut illis Levitis sancta disciplina quodammodo similes) primum Christianorum sectas ab auctorum nominibus appellatas, deinde monachorum ordines, quibus plerumque ab institutoribus nomen inditum est.

§. 13. Et si de sectis agitur, Epiphanius sagacissimus earum indagator ait<sup>144</sup>) usque ad diluvium nullos fuisse in terra haereses inter Judeeos iam haeretici putabantur Samaritani, *οἱ Σαμαρεῖται*<sup>145</sup>), ingens autem inter Christianos numerus sectarum existit, quarum choream ducunt *Νικολαῖται* jam in Novo Testam. commemorati.<sup>146</sup>) Post hos primum derivati ab auctoribus sunt

<sup>115</sup>) Saepius commemorantur conjunctum *Κεραῖοι*, *Κενταῖοι*, *Κεδωναῖοι*, *Χετταῖοι*, *Φεριζαῖοι*, *Άμορθαῖοι*, *Χαραναῖοι*, *Εβδαῖοι*, *Γρηγεσαῖοι*, *Ιεβονταῖοι*, e. gr. Gen. XV, 21. Exod. III, 8. 17. Deut. XX, 17. Jos. XXIV, 11; etc. Horum multae apud Latinos et Germanos parum recte Cananite, Amoritae, Hevitae, Aseritae cet. Ita e. gr. a Canaan, Noae filio maledicto (Gen. IX, 25) fit *γῆ Χαραν* (ib. XII, 6) et *Χαραναῖοι* (ib. c. 7 et saepissime), non Cananite, nisi apud seriores. — <sup>116</sup>) Ita Osee I Reg. VI, 18 dicitur *τοῦ Βαθσαμναῖτης*, tum ejus socii *οἱ τὰ Βαθσαμνός*, *ἄνδρες ἐξ Β.* (fons *B.* est Jos. XVIII, 17.) — <sup>117</sup>) Utrumque Jos. XIII, 13. — <sup>118</sup>) Illud Exod. XVII, 8. Num. XIII, 30. XIV, 43. Judic. VI, 3. I Reg. XIV, 48. XV, 2. *αὐχὴ ἔντονος Αμαλήχ* Num. XXIV, 20. *τὸ ὄνομα Α.* (gentem dicit) Deut. XXV, 19. — Ita ne *Ταραηλῖτης* quidem plerumque legitur ap. LXX Intpp., collective *Ταραηλ* vel *ὁ Ισραὴλ*. Exod. XIV, extr.; XIX, 2. (*ὁ οἶκος Ταραηλ* ib. 3); plerumque *νιοὶ Ισραὴλ*, ut Exod. III, 9 et sexcenties; *ὁ θεός Ισραὴλ* ib. V, 1; *ἡ γερουσία Ισραὴλ* ib. III, 18; *ἡ παρεπολὴ Ισραὴλ* ib. XIV, 20. *Ταραηλῖτης* est Levit. XXIV, 10, ibique —*τεῖνες*; Num. XXV, 8 et 14; et apud seriores scriptores, ut Johann. Evang. I, 48; Paul. ad Rom. XI, 1; 2 ad Cor. I, 22; Epiphan. adv. haer. I p. 16 (Colon. 1682, 2 tom. fol.): *Ταραηλίτης* (sic), *οἱ ταῖς Ισραηλίταις*. — <sup>119</sup>) Gen. XIX, 38; singularis est Deut. XXXIII, 3. I Reg. XI, 10. — <sup>120</sup>) Jos. XIII, 10. Judic. XI, 32. I Reg. XI, 11. II Reg. VIII, 12. XII, 26. — <sup>121</sup>) Num. X, 29. *ἡ Μαδιανῖτης* ib. XXV, 6. *ἡ Μαδιάν* Judic. VI, 16. 33. — <sup>122</sup>) Num. XXXI, 2. — <sup>123</sup>) Num. XXXI, 8. — <sup>124</sup>) ib. XXII, 4. — <sup>125</sup>) Judic. VI, 1. — <sup>126</sup>) Num. XXV, 17. — <sup>127</sup>) Deut. XXIII, 3. — <sup>128</sup>) Ruth *ἡ Μωαβίτης*, Ruth I, 22. — <sup>129</sup>) Deut. II, 9. 11. — <sup>130</sup>) Nomen ipsum IV Reg. I, 1. *τοὺς ἀρχηγοὺς Μωάβ* Num. XXIV, 17. *αἱ θυγατέρες Μωάβ* ibid. XXV, 1. *βασιλεὺς Μ.* Jos. XXIV, 9. IV Reg. III, 5. 26. *όδες ἱρῷ μωάβ* M. Deut. II, 8. Num. XXI, 26. XXII, 10 al. *ἡ Μωάβ* Num. XXI, 29 etc. II Reg. VIII, 2. 12. IV Reg. III, 24. *αἴροις Μ.* Ruth I, 4. *τὰ ὄφια Μ.* Deut. II, 18. *προσάγχθισμα Μ.* IV Reg. XXIII, 13. *εἰδώλον Μ.* III Reg. XI, 7. — <sup>131</sup>) De quo Gen. XXV, 30. — <sup>132</sup>) Num. XX, 14. IV Reg. III, 9. — <sup>133</sup>) II Reg. VIII, 14. — *Ίδονυαῖα* (terra) ibid. et II Paralip. XXV, 14. — <sup>134</sup>) Jos. XIII, 11. — <sup>135</sup>) Jos. XIII, 30. XVII, 1. — <sup>136</sup>) Jos. XIII, 30. XX, 8. XXI, 27. — <sup>137</sup>) Jos. XVII, 1. 9. 10. Num. XXI, 33. Deut. III, 2. XXIX, 7. Ceterum incuria hic illuc peccatum esse, momentum scripturae *Μωαβῖται* Deut. II, 9; Moabites pro fem., Ruth IV, 10; *γυνὴ ἡ Θηρωτῆς*, II Reg. XIV, 2. — <sup>138</sup>) II Reg. XXI, 1 et 9. — <sup>139</sup>) *πόλις Γαρασῶν*, etiam *ἡ Γ.*, immo *ἡ Γ.* II Reg. XXI, 6. *οἱ κατοικοῦντες Γ.* Jos. IX, 3 X, 1. 6. *επήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γ.* ibid. X, 12. — <sup>140</sup>) Evang. Luc. IX, 52. X, 33. Acta Apost. VIII, 25. Contro Joann. dicit in Evang. IV, 7: *γυνὴ ἡ Σαμαρείας*. — <sup>141</sup>) Ex. gr. *νιοὶ Γαρ* Num. XXIII compluribus, Jos. XIII, 24. *νιοὶ Γεδωνῶν* Num. III, 25. IV, 22. Jos. XXI, 6. 27. *νιοὶ Δάν* Jos. XVIII etc. *Βενιαμῖν* collective Jud. XX, 39 et saepius; *οἱ ἐξ ἀπό Β.* ib. §. 35. 44 etc.; *νιοὶ Β.* ib. 31; *ἄνδρες Β.* ib. 41. — <sup>142</sup>) Exod. XXXII, 26. Num. XXVI, 57. II Esr. VIII, 15. (filius recensentur Num. III, 17, plenius I Paralip. 6.) Num. XVI, 7. 10. *ἡ γυνὴ (ἡ) Αστί* Num. I, 49. III, 6. X, 2. Deut. XVIII, 8. Jos. XXI, 38. — <sup>143</sup>) Sing., *ἀνὴρ Αστίνης*, obvius est Num. XVIII, 23. Deut. XII, 12. 19. etc.; etiam Ev. Luc. X, 32. Pluralem saepius legitimus: *οἱ Αστίται* Lev. XXV, 32. Num. I, 47 et saepe. *οἱ λεγεῖς οἱ Αστίται* Deut. XVIII, 1; *οἱ λεγεῖς καὶ οἱ Α.* II Esr. VI, 16. 20. etc. — <sup>144</sup>) Epiph. haer. I, c. 5 (ed. Col.): *οὐδὲν ἡνὶ τῆς γῆς, οὐχ εὔρεσις, οὐ γνωμὴν ἔτερα, ἀλλὰ ἡ μόνον ἀνθρώποις ἐκεῖλοντο.* — <sup>145</sup>) Etiam *Σαμαρεῖται* *άρρενες* ap. eund. tom. II p. 127. Cf. Philastr. haer. 7. Postea apud Judaeos etiam Sebuae appellabantur, graece *Ἐβδοματίται*, quod secundam post pentecosten hebdomada eadem religione qua ipsum pentecosten diem colerent. Dionys. Petav. anim. p. 24. — <sup>146</sup>) Epiph. haer. 25 (I p. 77. II p. 139) Joann. Apocal. II, 6. 14: *τὰ ἔργα τῶν Νικολαῖτῶν*, *ἃ καὶ ἔγω μωῶ*. Fuerit is Nicolaus Antiochenus ille, unus ex septem diaconis, quibus ab Apostolis viduarum cura fuerat mandata. (Act. Apost. VI, 5). Arnoldus I p. 43 hoc refutare conatus audiatur, si libet.

nominandi oī 'Ιερατᾶ<sup>147</sup>'), deinde 'Ἄριστοι μανῆται i. e. Arii sectatores furiosi<sup>148</sup>'), Καρποκράτηται a Carpocrate sectae conditore<sup>149</sup>), 'Ηρακλεωνῖται item ab Heracleone quadam<sup>150</sup>), Σενηρῖται a Severo episc. Antiocheno, saec. 3.,<sup>151</sup>) , Μαρξῖται<sup>152</sup>), Μαρξιανῖται<sup>153</sup>), tum obscuriores quaedam sectae, ut Φιβεωνῖται et Λεύκαι inter Gnosticos<sup>154</sup>), 'Απολλιναρῖται<sup>155</sup>), (Apollinaristae), etc. His accensendi apud interpretes **Latinos**: Ebionitae<sup>156</sup>), Ptolemaitae<sup>157</sup>), et similiter dicti sunt fortasse Abelitae<sup>158</sup>), Σωκρατῖται, Βορθροῖται sive Βαρθρίται<sup>159</sup>), 'Ακονιτῖται<sup>160</sup>), Κότυχῖται<sup>161</sup>), tum Baalitae<sup>162</sup>), Astaritae<sup>163</sup>), Belitae<sup>164</sup>), Campilae<sup>165</sup>), Cajanitae<sup>165\*</sup>), Sethoitae<sup>165\*</sup>), Proelianitae<sup>165\*</sup>), Adamitae, Apophanitae, Apellitae, Abrahamitae. — Multo major est numerus earum sectarum, quae ab **opinionibus** vel **rebus eximia religione cultis** denominatae sunt; et quum iam S. Paulus idem ille, qui haereses esse necessarias dicit<sup>166</sup>), eas cum flagitiosissimis vitiis conjunctionem habere contendat, mirum esse non potest, quaedam sectarum nomina in —ιται tantum ad cavillationem et irrisione esse facta. Ita citantur 'Οφῖται<sup>167</sup>), 'Ασκῖται<sup>168</sup>), Ασκοδρομοῦται<sup>169</sup>), Τριθῖται<sup>170</sup>), Μονογνῶται<sup>171</sup>), 'Ανθρωπομορφῖται<sup>172</sup>), Λιποῦται<sup>173</sup>), Λιμοῖται<sup>174</sup>), Εὐχῖται, Εὐφημῖται, Κανχῖται<sup>175</sup>), 'Εγχριται<sup>176</sup>), 'Αποτακτῖται<sup>177</sup>), Κρετῖται<sup>178</sup>), Τεσσαρεκανθετῖται<sup>179</sup>), 'Αντιδικομαρινῖται<sup>180</sup>), Πασσαλογυχῖται<sup>181</sup>), 'Αρτορῖται<sup>182</sup>). — Et hae quidem sunt sectae in —ιται nominatae, ad orientem fere pertinentes; occidentalium et ceterarum sectarum nomina aliter per —anus etc. formata hic recensere supersedemus<sup>138</sup>.

<sup>147</sup>) Epiphan. haer. 67 (I p. 709): *ἀνέστη τις Ἱεραῖς ὄνοματι*. Cf. Augustin. haer. 47. Hilar. de Trin. lib. VI p. 81.  
<sup>148</sup>) Epiphan. haer. 69 (I p. 727): *a loco quodam conventus, qui Constantinopoli erat Ἐξωτερικοὶ dicti; etiam Ἀριανοὶ,* quem vel ipse Ἀριανὸς (p. 742) audiatur ἐπανίσθηται. Opponuntur his *Ημιάριοι* (p. 845), quasi dimidiū non Ariani, sed Arii. —  
<sup>149</sup>) Epiphan. II p. 128, et in praefatione. — <sup>150</sup>) Clem. Alex. strom. IV p. 369. Epiph. I. c. — <sup>151</sup>) Arnold I p. 121; audiebant etiam Θεοπασχήται, quod Deum patrem dicentes humana perpessum esse; ib. I p. 264. — <sup>152</sup>) Qui et Marcionis; Arnold I p. 68. Vixit illi Marcus saec. 2do. — <sup>153</sup>) a Marciano quodam; Euseb. VI c. 12. Arnold I p. 72. Diversi a Marcione nitis s. Marcionistis. — <sup>154</sup>) Epiphan. haer. 26, I p. 91 et 95. — <sup>155</sup>) Idem somniasset dicuntur, quod *Διμούριται*, Epiphan. II p. 149. — <sup>156</sup>) ab Ebione quodam, ap. Epiph. haer. 30, (I p. 125), a quo *Ἐβιωναῖοι* nominantur, ut ap. Origenem ref. haer. 7 init. Cf. Philastr. haer. <sup>27</sup> Ignat. epist. ad Philipp. 6. Alter Euseb. III c. 27. Arnoldus sane nullum umquam fuisse Ebionem arbitratur. — <sup>157</sup>) Epiphan. haer. 33 (I p. 215) *Πτολεμαῖον* eorum praesulem nominat; (p. 223) ejus asseciae et ipsi sunt *Πτολεμαῖοι τε καὶ Πτολεμαῖαι*. — <sup>158</sup>) Arnold. I p. 67. Theodoret. haer. I, 14 hos eosdem cum Ophitis dicit; Tertull. c. 87 *Αβελίτας* s. Abelianos. — <sup>159</sup>) Epiphan. II p. 56: Vim aliquam perniciosa et litigiosa *Βορρεῖον* sive *Βαρρεῖον* esse credebant, aliis schismatis *Προόντευκον* nominata, quam cum Helena, belli Trojani origine, conferebant, etc. Cf. Damascen. p. 764. Apud Philastr. 73 sunt Borboriani, latina forma. — <sup>160</sup>) Epiphan. p. 223) ejus asseciae et ipsi sunt *Πτολεμαῖοι τε καὶ Πτολεμαῖαι*. — <sup>161</sup>) Saec. 1. Arnold. I p. 43; saepe cum his confundebantur *Ἑργίται* Precatores, ut ap. Epiph.; Arnold. I p. 206. — <sup>162</sup>) Inter Judaeos, scil. qui Baal colunt; hos unus habet Philastr. haer. 16. — <sup>163</sup>) Philastr. haer. 17: qui Astar hominem etc. venerabantur. — <sup>164</sup>) Philastr. haer. 24: „ut Belitae appellarentur a sua generatione pristina“. Est igitur quasi patronymicum. — <sup>165</sup>) Isidor. VIII, 5; falso legitur: Crotopitae. — <sup>165a</sup>) a Cajano quodam Alexandrino. Damascen. 84. Philastrius 2 eos dicit Cajanos. — <sup>165b</sup>) Append. ad Tertull. de praescr. p. 47; cf. Philastr. 3 ejusque intpp. — <sup>165c</sup>) a Proculo quodam sive Procliano. Hos praesertim commemorat Philastr. 56 una cum Hermioritis s. Hermiotitis; is talium derivationum curiosissimus est, praeterea habet, 12: Musoritas (qui sorices colerent), 13: Muscaccaronitas (qui muscam Accaron pro Deo haberent), 59: Chilonietitas (et Chiliastas et Millenarios dictos, qui Christum post mille annos reditum sperarent), ino 20: Puteoritas (qui puteos quasi aquam aeternae vitae colerent!) et similia. Praeterea 70: Tropitae (qui dicunt conversum Verbum in carnem). Ex Athanas. dial. 2 de Trinit., tom. II p. 193 addi possint *Χρονίται*, i. e. οἰλιοχόρονται, temporales, quo convicio Aetius proscindebat Catholicos. Cf. Philastr. 109 et intpp. — <sup>166</sup>) Paul. ad Cor. ep. I, c. IX, 19: *δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ἑαυτοῖς ἔτεις;* v. 18 appellat *οὐιδατα*. Idem 2da ad Timoth. III, 8: *ἄνθρωποι κατερθαροῦνται τὸν νοῦν, . . . πονηροὶ ἀνθρ. καὶ γόντες.* Cf. 2da Petri II, 1. — <sup>167</sup>) Epiphan. haer. 37 (I p. 268): *Οφ. καλούνται δι' ὅτι δοξάζουσιν ὄφιν* (cf. II p. 142). Apud Orig. 8 extr. cum his et *Καίροι* memorantur et *Νοχάζοι*. Philastr. I verit: Serpentini; v. ejus intpp. — <sup>168</sup>) Arnold. I p. 77. Hos fabulabantur saltare circa utrem inflatum, et infundente vinum consecratum exclamantes: „*Νοῦν vinum nostrum utribus infunditote!*“ (Matth. IX, 17). — <sup>169</sup>) Dicuntur etiam *Ασκοδροῦοι*; nonnulli diversi videntur *Τακκοδροῦοι*, *Τακκοδρούηται*, at interdum (ut ap. Philastrum) confunduntur cum iis vel *Ἄστεραι*. Arnold. I p. 77. Philastr. 75. — <sup>170</sup>) Qui tres deos introducere viderentur. (saec. 3.) Arn. I, 265. — <sup>171</sup>) Arnold. I p. 264. Hi Christum hominem factum unam tantum habuisse naturam contendebant. Euagr. 3 et al. — <sup>172</sup>) Arnold. I, 193: Deum aliquem credere videbantur humana forma praeditum. — <sup>173</sup>) Idem fere cum Arrianis, Arn. I p. 185. — <sup>174</sup>) *ὅτι οὐοσα ἡλαβεν ὁ Χριστὸς ἄλθων καὶ ψυχὴν, νοῦν δὲ οὐκ ἔλαβε, τοῦτο τέλεον ἀνθρώποι.* Ita eorum opinionem tradit Epiph. haer. 77 (I p. 996). Minus recte Arnold. I, 189 eos inde traxisse hoc nomen refert, quod tres partes in Christo fuisse crederent. — <sup>175</sup>) Denominationes hasce pessimō modo factas habet Epiph. I p. 206. De Euphemitis, qui et Massaliani, cf. I p. 1068. — <sup>176</sup>) Epiph. haer. 46 (I p. 401): *ὅτι σεμνόνται λυγαστεῖς.* Orig. 8, 7: *ἡ τῶν Ἑγκρατῶν πενοδοῖς, et ibid. 20: ἵστρονς ἀποκαλοῦντες Ἔγκρατες.* Abstinebant praecipue a rebus venereis (*παιδόποιοι*). Clem. Alex. strom. I p. 233. — <sup>177</sup>) Etiam *Ἀποτατικοί*, Arn. I p. 73. Epiph. epist. ad Acac. et Paul. Hi non matrimonio solum, sed etiam omni possessione abstinebant, monachalem vitam amplexi. — <sup>178</sup>) Arn. I. c. Hi quasi lucis a non lucendo appellati videntur, carne enim numquam vescebantur, ut re per diabolum corrupta. Quid quod a *creatura* derivantur! Honor. Augustod. haer. 40. — <sup>179</sup>) Orig. VIII, 5: *οἱ τὸ Πάσχα τῷ τεσσαρεκαθητῷ ἐπιτελεῖν φιλονεκοῦντες* (cf. 18), quippe Moysis praeccepit male intellecto. Epiph. haer. 49 (I p. 419). Philastr. 58 nomen circumscrimit. — <sup>180</sup>) Quasi *ἄντιδικοι τῆς Μαγιας*, — *Ἄντεροι ἔχθροιν πρὸς τὴν Παρθίνον ἥκοντες*, ut ait Epiph. haer. 78 (I p. 1033). — <sup>181</sup>) Qui dicebantur ad elevandam mentem digitos vel adeo pavilum naribus ingerere; — profecto nomen contumeliosum. Epiph. I p. 416. Philastr. 76. — <sup>182</sup>) Qui in coena Domini pane et caseo utebantur. Epiph. haer. 47 n. 14. Damasc. 49. Philastr. 74, al. *ἀρότρων* est panis cum caseo ap. Psell., in Osann. auctar. p. 105. — <sup>183</sup>) Ex. gr.

§. 14. Monachorum ordines et ipsi saepe ab auctoribus nominati sunt, ita ut asseclae quasi filii illorum quodammodo putandisint; saepe etiam a regula, institutis, locis etc. Notandum hic quoque, multos ordines numquam latine, nedum graece, sed tantum in linguis recentioribus, nostram terminationem habuisse. In universum nominantur Coenobitae<sup>184)</sup>; Eremitae<sup>185)</sup>; deinde ab institutoribus dicti: Jacobitae<sup>186)</sup>, Studitae<sup>187)</sup>, Bartholomitae<sup>188)</sup>, Joannitae<sup>189)</sup>, Maronitae<sup>190)</sup>; perperam dicuntur Hieronymitae<sup>190\*</sup>, fortasse etiam Barnabitae<sup>191)</sup>, Wilhelmitae<sup>192)</sup>, Melchitae<sup>192\*</sup>). Jesuitarum nomen toto orbe infamatum interdum quidem, tamen, si anteriora tempora species, raro occurrit<sup>193)</sup>. — A locis derivantur e. gr. Religiosi Carmelitae<sup>194)</sup>, Atholite<sup>195)</sup>, Coloritae<sup>196)</sup>, Cellitae<sup>197)</sup>, Stylitae<sup>198)</sup>). Hospitaliae vero non dicti sunt illi Fratres Hospitalis s. Conventus Hosp. de charitate B. Mariae s. S. Spiritus<sup>199)</sup>. Bethlehemitae dicuntur „la compagnia Bethleemistica“<sup>200)</sup>, etiam Stelliferi ob stellam Bethlehemiticam in ueste ipsorum conspicuam<sup>201)</sup>. Fortasse etiam Moscovitae possint hoc accenser<sup>201\*</sup>). Ab externis rebus nominati sunt Saccitae Fratres<sup>202)</sup>, scil. a forma vestis sacco simili. Ab animi humilitate Servitae et Minoritae forent derivandi, quorum tamen nomina his formis latine nusquam leguntur<sup>203)</sup>.

Ceterum obiter monitum velim, etiam recentiore atque adeo nostra aetate term. — *ιτης* nonnumquam locum invenisse ad sectarum occidentalium et partium politicarum discrimina exprimenda. Ita in historia ecclesiae mediae aetatis novimus Wiclefitas, Hussitas, Taboritas, tum Mennonitas, nostra aetate Irwingitas (qui et Irwingiani), et in Anglia Puseyitas, in America Harmonitas; in Seidelii libro (de illustribus Marchiae Brand. viris) habemus Marchitas. Historia recentioris et nostri aevi politica in Anglia exhibit Jacobitas, Rebeccitas (a femina quadam mystica vel symbolica quasi filios appellatos), Peelitas (Peelii), et Derbyitas (Comitis de Derby asseclas), et similia per occasionem tantum facia.

---

per terminationem — *αρός* flunt a virorum nominibus *Απελλήνων* (*Απελλῆς*), *Αδαμανῶν* (ab Adamo), *Σαβελλίνων* (*Σαβελλίος*), *Αὐδίνων*, *Μαρκελλίνων*, *Ωρίστρανῶν*; — per term. — *ιτης* haec: *Μαρκιωνῖται*, *Αυριανῖται*, *Βαρδεσιανῖται*, etc. — <sup>184)</sup> Primum, ut videtur, recentioribus temporibus apud Renatum Chopin, Paris. 1601; Helyot. I p. 36 vers. germ. Illa demum aetate (1600) haec terminatio latinus est divulgata; v. infra. — <sup>185)</sup> Eremitarum Ordo nuncupatur in Constitutionibus suis, Romae 1581 et saepius, deinde apud Aegid. de Praesentatione 1627, al.; Ordo Eremiticus (*ordine Eremitano*) S. Augustini etiam ap. Jos. Pamphilum 1681. — <sup>186)</sup> Qui et *Suriū* et rectius *Μουοφύσιται*, monachi Armeniaci, a Jacobo quodam. (Ex nomine *Jacobita* nonnulli per syncopen ortum esse dicunt vocabulum *Coptum*.) Quae vero in Hispania vigebat celebris S. Jacobi militia, numquam Jacobitarum nomen habuit, sed: *orden de la Cavaleria de Santiago*, et in Gallia: *L'ordre de S. Jacques*, *L'Hôpital de S. Jacques*. Jacobini rursus cognominati sunt Dominicani vel praedicatorum, Peelitas (Peelii), et Derbyitas (Comitis de Derby asseclas), et similia per occasionem tantum facia.

